



P. Papinii Statii De Opheltis funere carmen epicum, Thebaidos liber VI, 1-295

<https://hdl.handle.net/1874/319175>

4.9.192, 1934

P. PAPINII STATII
DE OPHELTIS FUNERE CARMEN EPICUM,
THEB. LIB. VI 1-295, INTERPRETATUS EST

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

H. W. FORTGENS

STATII DE OPHELTIS FUNERE
CARMEN EPICUM THEB. VI 1-295

In versione Batava ab orthographia tradita nusquam recessi.

PARENTIBUS CARISSIMIS AUCTOR D D L M.

INSTITUT FÜR ANATOMIE

RIJKSUNIVERSITEIT UTRECHT



0486 1401

Diss. Utrecht 1934

P. PAPINII STATII

DE OPHELTIS FUNERE CARMEN EPICUM,
THEBAIDOS LIBER VI 1-295, VERSIONE BATAVA
COMMENTARIOQUE EXEGETICO INSTRUCTUM,

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE QUOD EX AUC-
TORITATE RECTORIS MAGNIFICI HENRICI BOLKESTEIN
LITT. DOCT. ET IN FAC. LITT. ET PHILOS. PROF. ORD.
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBI-
LISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITTERARUM DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS
SUMMISQUE IN LITTERARUM DISCIPLINA ET PHILOSO-
PHIA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS IN ACADEMIA RHENO-
TRAIECTINA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACUL-
TATIS EXAMINI SUBMITTET HENDRIK WILHELM
FORTGENS E PAGO HERRNHÜT DIE II MENSIS
NOVEMBRIS ANNI MCMXXXIV HORA IV.

ZUTPHANIAE · IN OFFICINA TYPOGRAPHICA NAUTA & Co. · 1934.



Studia academica absoluturus facere non possum, quin iis viris, qui litteras me docuerunt, gratias agam.

Tibi imprimis, clarissime WAGENVOORT, promotor aestimatissime, quanta debeam, gratissimo animo recordor; tempori neque labori pepercisti, ut in hoc opusculo perscribendo mihi adesses. Quamvis mihi non contigerit, ut tuis lectionibus fruere, quam multa me docuisti in paranda hac dissertatione: curam, subtilitatem, rationem philologicam. Quarum rerum me numquam obliturum esse scito.

Tibi etiam, doctissime VAN HOORN, gratiam persolvo sinceram; comitatis benevolentiaeque, qua me affecisti non solum in studiis meis archaeologicis sed etiam in scribenda hac disputatione, me semper memorem fore tibi persuasum habe.

Magnas tibi quoque, clarissime VOLLGRAFF, grates ago, quippe qui me litterarum Graecarum amore perpetuo imbueris.

Multa et tibi, clarissime DAMSTÉ, debeo: humanitatis tuae memoria ex animo non evanescet.

Grato animo etiam te commemoro, clarissime BOLKESTEIN. Institutio tua magno mihi usui fuit.

Nec minus te, clarissime OVINK, pro iis, quibus me instituisti, grata memoria colam.

Nec non scholas, quas vos, clarissimi SCHRIJNEN et CALAND (p. m.), habuistis de grammatica comparativa, magna cum voluptate audivi.

Etiam vos, clarissimi VOGELSANG, KERNKAMP, SLOTEMAKER DE BRUÏNE, nominatim appello, quorum lectionibus interfui.

Tu, clarissime OBBINK, gratias meas accipias quaeso, cum comiter exercitationum tuarum in linguis Aegyptiaca Assyriaque mihi copiam feceris.

Magna comitate Romae in Instituto Historico Neerlandico a vobis, doctissimi LEOPOLD et HOOGEWERFF, receptus assidue vobis obstrictus ero.

Insignis deinde fuit benevolentia, quam expertus sum, cum adibam bibliothecas, imprimis bibliothecam a v. d. Buma conditam et bibliothecam Groninganam; chartariam quoque Tabularii Campensis, ornatissimam WELCKER, sine gratiarum actione praeterire nolo. Vobis denique, collegae, qui mecum otio Campensi fruimini, gratias refero pro adhortationibus consiliisque, quae mihi dedistis.

PRAEFATIO.

Postquam Statii Thebaidem perlegi, quod carmen epicum olim in magna admiratione fuit sed hodie fere omnino in oblivionem iisse videtur, consilium cepi librum sextum commentario exegetico instruere, quod commentarius versioque Batava huius libri adhuc desideratur. Huc accedebat quod in libro VI multa erant, quae studium nostrum excitarent: quomodo poeta materiam epicam, exsequias scilicet ludosque funebres versibus persecutus sit aetate imperatoria, quae tam longe distat a temporibus illis, quibus haec fabula Graeca orta est, nec minus quomodo singulas carminis partes multis rebus exornaverit, quae ab aetate heroica abhorreant. Praeterea haec Thebaidis pars meritis poeticis non orba mihi esse videtur. Dolendum sane est onus susceptum mox gravius fore apparuisse, quam ut totum sustineremus. Qua de causa commentarium ad v. 295 terminavi atque solum Opheltis funus tractavi ludis funebribus omissis.

Sed antequam carmen ipsum aggrediamur, nonnulla de vi atque origine nominum „Opheltes, Archemorus” praemittamus. Qua de re viri docti inter se dissentiunt. Welcker¹⁾ nomen Opheltis „Schlangenkind”, nomen Archemori „Todesführer” significare opinatur. Fick²⁾ autem nomen Opheltis cum voce ὄφελος cohaerere existimat, ut iam H. D. Müller³⁾ observaverat: ὄφελτης d. i. Wachstumsgeber, von ὄφελλειν wachsen lassen. Maass⁴⁾ Opheltem priscum deum subterraneum fuisse putat, qui non solum *dominus mortuorum* (eo modo nomen Archemorus interpretatur) sed etiam *largitor* habendus sit. Gruppe⁵⁾

¹⁾ Der epische Cycl. II 350 sq. ²⁾ Griechische Personennamen², 1894, p. 405. ³⁾ Hist.-myth. Unters., 1892, p. 86. ⁴⁾ Orpheus, 1895, p. 149, 40
⁵⁾ Griechische Myth. u. Rel. gesch., 1906, I, p. 531.

nomen a voce ὄφης derivandum esse putat (eadem ratione atque Welcker), quod serpens puerum occiderat. Bene Farnell¹⁾ fabulam nostram hisce verbis explicat: Obviously Opheltes — whose doubtful other name Archemoros has at least an allusion to death and the lower world — is no secular child, but a figure of old religion. The meaning of the name 'Opheltes', 'the giver of increase', and his association with the snake, the earth-animal, suggest that he, like Palaemon, is the child-son of the earth-mother, who dies in the heat of the year. Qua de causa Nemea media aestate agebantur, cf. Th. Klee²⁾. — Poetam ipsum nomen Archemori ita intellexisse apparet, ut significaret: *initium interitus*³⁾.

Fabula mortis funebriumque Opheltis, quae libro quinto sextoque Statii Thebaidis subiecta est, in litteris Graecis Latinisque alicuius momenti fuit. Primum fabulam nostram in Thebaide cyclica tractatam invenimus⁴⁾. Aeschylus eandem materiam in tragoedia c. t. Nemea exposuisse videtur. In qua tragoedia Archemorus filius nymphae Nemeae est Asopi filiae⁵⁾. Euripidem autem in tragoedia c. t. Hypsipyle, quae exemplum Ennianae Nemeae fortasse fuit⁶⁾, similem fabulae formam atque Statium secutum esse apparet. Forsitan poeta noster in hac Thebaidis parte componenda eam tragoediam ante oculos habuerit⁷⁾; quam multa autem libro cuidam mythographico aut aliis fontibus debuerit⁸⁾, diiudicare non possumus: propter testimoniorum inopiam nihil pro certo affirmari potest. Quod attinet ad alios locos, quibus fabula nostra commemoratur aut breviter stringitur, vide Roscheri Lexicon Mytholo-

¹⁾ Greek hero cults, 1922, p. 41 sq. ²⁾ Zur Geschichte der gymnischen Agone, p. 43. De fabula cf. Drexler ap. Roscher I 2853; Höfer ibid. III 923; C. Robert in act. phil. q. t. e. Hermes, 44, 1909, p. 399. ³⁾ Cf. Th. V. 738 sq.: et puer, heu nostri signatus nomine fati, / Archemorus. ⁴⁾ Welcker, der ep. Cycl. II p. 375. ⁵⁾ Welcker, Gr. Trag. I p. 29; Ribbeck, die röm. Trag. p. 161. ⁶⁾ Ribbeck l.l. p. 161, id. Trag. Lat. frg. p. 42. ⁷⁾ A. Reussner, de Statio et Euripide, diss. Halensis 1921, p. 44. ⁸⁾ Scholium illud ad Th. III 466 „dicunt poetam ista omnia ex Graeco poeta Antimacho deduxisse” solum ad hunc locum pertinere probat Wilamowitz (Hermes 33, 1898, p. 514). De re cf. etiam Eissfeldt, Beiträge zu den Quellen des Statius, Progr. Helmstedt 1900.

gicum ¹⁾. — Poetam permulta e Vergilii carminibus sumpsisse omnibus notum est: versus comparandos suo loco adscripsi aut adnotavi. Est tamen ubi noster propria quadam arte et subtilitate aut aequaverit certe priores aut superaverit; quos locos ingenio eius vere poetico attribuendos duco ²⁾.

Artifices imagines Opheltis mortis funebriumque identidem expresserunt: sunt complura vasa, in quibus fabula nostra depicta sit ³⁾, exstat emblemata quod in Palatio c. n. e. Spada asservatur, quo puerum circumplicatum serpentis amplexu effectum videmus ⁴⁾. Multa alia artis monumenta invenias a, v. d. Stoll apud Roscher enumerata ⁵⁾.

¹⁾ Cf. ad 7. ²⁾ Cf. in libro a nobis commentario instructo v. 268 sqq.

³⁾ Cf. J. Vogel, Scenen eurip. Trag. in griech. Vasengemälden, 1886, p. 98—108; vide etiam Baumeister, Denkmäler I 114. ⁴⁾ Cf. Roscher, Myth. Lex. I 473, Baumeister Denkmäler I 113. ⁵⁾ Roscher, Myth. Lex. I 472, 2855.

EDITIONES.

In textu constituendo plerumque Klotzii editionem praeclaram (Lipsiae 1908) secutus sum, quae copioso apparatu critico instructa est.

Ex iis, qui ante eum Statii Thebaidem ediderunt, recentiores nomino:

G. Queck, Lipsiae 1854. In praefatione nonnullas varias lectiones et emendationes, quas viri docti protulerunt, enumerat.

O. Müller, Vol. I, Thebaidos libri I—VI (nihil ultra), Lipsiae 1870. Exornavit textum non solum apparatu critico copioso, sed etiam multis locis comparandis et paucissimis observationibus.

P. Kohlmann, Lipsiae 1884, cum brevi apparatu critico.

A. S. Wilkins, in libro q. d. *Corpus poetarum Latinorum*, Londini 1905, Tom. II p. 308 sqq. Adduntur paucae notae criticae.

H. W. Garrod, Oxonii 1906, qui brevem adnotationem criticam adiecit.

Versiones recentiores:

K. W. Bindewald: *Statius' Thebais im Versmasz der Urschrift übersetzt*. Langenscheidtsche Bibliothek, 74. Bd, Berlin u. Stuttgart 1855—1910.

M. Nisard: *Stace, Martial, Manilius, Lucilius Junior, Rutilius, Gratius Faliscus, Nemesianus et Calpurnius, oeuvres complètes*

avec la traduction en français. Paris, chez Firmin—Didot et Cie, 1878. Est versio solutæ orationis.

A. Imhof: Statius Lied von Theben, mit gelegentlichen sachlichen und kritischen Erläuterungen, erster Teil (I—VI) Ilmenau u. Leipzig 1885, zweiter Teil (VII—XII) ibid. 1889. — Est versio metrica.

J. H. Mozley, Statius with an English translation. In two volumes. London & New York 1928. Continet opera omnia poetæ nostri versione pedestri instructa.

Commentationes et adnotationes:

C. Barthius, Statii quæ exstant. Cum animadversionibus locupletis, Cygneæ 1664. — Ne hodie quidem nisi qui cursim Thebaidem legit commentario Barthii carere potest.

Nonnulla explicant:

J. A. Amar et N. E. Lemaire, Statii Thebais cum varietate lectionum et selectis variorum adnotationibus, quibus suas addiderunt, Parisiis 1825.

Fr. Dubner, Statii opera quæ exstant. Parisiis 1845. Adiunguntur paucae notæ.

Commentarius totius Thebaidis, quo quaestiones criticae exegeticaeque ex more aevi nostri tractantur, non exstat. Initium fecit:

H. Heuvel, Statii Thebaidos liber primus versione Batava commentarioque exegetico instructus. Diss. Groningana 1932.

In iis libris, in quibus historia litterarum Romanarum describitur, etiam carmen epicum nostrum tractatum invenias. Nomino: O. Ribbeck, *Gesch. d. röm. Dichtung* III 224 sqq. M. Schanz, *Gesch. d. röm. Litt.* II 2³ p. 153.

Collegit Heuvel in Thebaidos I praefatione doctorum virorum iudicia varia: qua de causa eo munere supersedere posse mihi videor.

Notarum index.

- P = codex Parisinus 8051 (Puteaneus) saec. IX.
 ω = ceteri codices aut omnes aut praeter eos qui separatim citantur.
 D = codex Cantabrigiensis (Dovoriensis) saec. X.
 N = codex Cheltoniensis saec. X vel XI.
 S = codex Parisinus 13046 (Sangermanensis) saec. X.
 r = codex Roffensis saec. XI.
 B = codex Bambergensis N IV 11 saec. XI.
 L = codex Lipsiensis I 12 saec. XI.
 L^σ = corrector aequalis, qui scholia quoque adscripsit.
 Q = codex Parisinus 10317 saec. X.
 K = codex Guelferbytanus (Gudianus 54) saec. XI.
 M = codex Mediceus Plut. 38, 6 saec. XI.
 M^σ = corrector quidam aequalis, qui scholia adscripsit.
 f = codex Monacensis 6396 (Frisingensis) saec. XI.
 b = codex Bernensis 156 (Danielis) saec. XI.
 C = codex Cassellanus 164 saec. XI.
 μ = codex Monacensis 312 (Schedeli) saec. XII.
 ν = codex Monacensis 19481 (Tegernseensis) saec. XII.
 g = codex Leidensis 374 (Gronovianus) saec. XI.
 Σ = scholia vel scholiasta.
 s = turba librorum recentiorum.
-

LIBER VI.

Nuntia multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, sancire novo sollemnia busto
Inachidas ludumque super, quo Martia bellis
praesudare paret seseque accendere virtus.
Graium ex more decus: primus Pisaea per arva 5
hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem
pulvereumque fera crinem deterisit oliva;
proxima vipereo celebratur libera nexu
Phocis, Apollineae bellum puerile pharetrae;
mox circum tristes servata Palaemonis aras 10
nigra superstitione, quotiens animosa resumit
Leucothea gemitus et amica ad litora festa
tempestate venit: planctu conclamat uterque
Isthmos, Echioniae responsant flebile Thebae.
et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis 15
conexum caelo, quorumque ingentia tellus
Aonis et Tyriae suspirant nomina matres,
concurrunt nudasque movent in proelia vires.
ceu primum ausurae trans alta ignota biremes,
seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessant, 20
tranquillo prius arma lacu clavumque levesque
explorant remos atque ipsa pericula discunt;
at cum experta cohors, tunc pontum inrumpere fretae
longius ereptasque oculis non quaerere terras.
clara laboriferos caelo Tithonia currus 25
extulerat vigilesque deae pallentis habenas
et Nox et cornu fugiebat Somnus inani;
iam plangore viae, gemitu iam regia mugit
flebilis, acceptos longe nemora avia frangunt
multiplicantque sonos. sedet ipse exutus honoro 30
vittarum nexu genitor squalentiaque ora

ZESDE BOEK.

Fama waart door de Danaïsche steden met rusteloos zwerfenden tred en verkondigt, dat de Inachiden ter eere van het nieuwe graf plechtigheden houden en nog spelen bovendien, opdat daardoor hun krijgsmoed vóór den oorlog zich tot de inspanning voorbereide en opvlamme.

Bij de Grieken was zulk een eerbewijs gebruikelijk: het eerst heeft op de velden van Pisa de Alcide in trouw aandenken aan Pelops dezen wedstrijd tot zijne hulding gehouden en het bestoven haar afgewischt met een twijg van den wilden olijf. Vervolgens werd gevierd de bevrijding van Phocis uit de omknelling der slang; de jeugdige Apollo had dien strijd gevoerd met zijn schichten. Daarna de eeredienst in duisternis, die bij de droeve altaren van Palaemon gehouden werd, telkens wanneer Leucothea haar hartstochtelijk rouwmisbaar hernieuwt en naar het strand, haar welkom, zich begeeft op het tijdstip van het feest: dan weerklinkt van haar weeklacht de landengte van kust tot kust en het Echionische Thebe weerkaatst dat met klagelijk geluid. —

En nu nemen aan den wedstrijd deel de voorname vorsten, door wier afstamming Argos met den hemel verbonden is en wier geweldige namen het Aonische land en de Tyrische moeders slechts onder zuchten kunnen noemen, en zij spannen de kracht van hun naakte lijven tot den wedkamp: evenals schepen, die voor het eerst den tocht zullen wagen over de onbekende zee, hetzij zij den storm op de Tyrreënsche zee, hetzij de Aegeïsche zee willen tarten, eerst op kalm kustwater het roer en de lichte riemen beproeven en in werkelijkheid moeilijke manoeuvres leeren kennen; en wanneer de bemanning ervaring heeft gewonnen, dan hebben ze voldoende zelfvertrouwen om zich verder op zee te wagen en om niet te turen naar het land aan hun oogen ontruikt.

De helder-lichtende echtgenoot van Tithonus had aan den hemel haar zorgenbrengenden wagen doen rijzen en voor den waakzamen teugel van de bleeke godin vloten en Nacht en Slaap met ledigen hoorn. Van rouwklachten reeds weerklonken de wegen, van gezucht alree het tranerijk paleis, en de verre bosschen vangen de geluiden op en herhalen die. Daar zit de vader zelf, de priesterbanden geslaakt, die zijn hoofd bekroonden, zijn onverzorgd gelaat en verwaarloosde baard bestrooid met het stof

sparsus et incultam ferali pulvere barbam.
 asperior contra planctusque egressa viriles
 exemplo famulas premit hortaturque volentes
 orba parens, lacerasque super prorumpere nati
 relliquias ardet totiensque avolsa refertur. 35
 arcet et ipse pater. mox ut maerentia dignis
 vultibus Inachii penetrarunt limina reges,
 ceu nova tunc clades et primo saucius infans
 vulnere letalisve inrumperet atria serpens, 40
 sic alium ex alio quamquam lassata fragorem
 pectora congeminant, integratoque resultant
 accensae clamore fores; sensere Pelasgi
 invidiam et lacrimis excusant crimen abortis.
 ipse, datum quotiens intercisoque tumultu 45
 conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus
 adloquiis genitorem ultro, nunc fata recensens
 resque hominum duras et inexorabile pensum,
 nunc aliam prolem mansuraque numine dextro
 pignora. nondum orsis modus, et lamenta redibant. 50
 ille quoque adfatus non mollius audit amicos,
 quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
 vota virum aut tenues curant vaga fulmina nimbos.
 tristibus interea ramis teneraque cupresso
 damnatus flammae torus et puerile feretrum 55
 textitur: ima virent agresti stramina cultu;
 proxima gramineis operosior area sertis,
 et picturatus morituris floribus agger;
 tertius adsurgens Arabum strue tollitur ordo
 Eoas complexus opes incanaque glebis 60
 tura et ab antiquo durantia cinnama Belo.
 summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
 molle supercilium, teretes hoc undique gemmae
 inradiant, medio Linus intertextus acantho
 letiferique canes: opus admirabile semper 65
 oderat atque oculos flectebat ab omine mater.
 arma etiam et veterum exuvias circumdat avorum
 gloria mixta malis afflictæque ambitus aulae,
 ceu grande exequiis onus atque inmensa ferantur

van den rouw. Feller daartegen en met heftiger kreten dan die van een man jaagt de moeder, van haar kind beroofd, de slavinnen door haar voorbeeld op en vuurt ze ten overvloede aan, en zij brandt van verlangen om zich te storten op het verminkte lijk van haar kind en telkens rukt men haar hiervan weg en brengt haar terug.

Ook de vader zelf weerhoudt haar daarvan. Zoodra de Inachische vorsten met ernstig gelaat het sterfhuis binnengetreden waren, toen, alsof de ramp juist had plaats gevonden en het kind zooeven gekwetst was door zijn wonden en alsof zoojuist de slang des doods het huis binnendrong, toen sloegen zij zich, hoewel vermoeid, op de borst, den eenen slag na den anderen slag; en de deuren weerkaatsten dit, fel bewogen door het hernieuwd misbaar.

De Pelasgen merkten wel hun verbittering en trachtten de stille aanklacht te weren door het storten van tranen. Adrastus zelf, telkens wanneer hem de gelegenheid daartoe gegeven was en het huis verstomde en zweeg, nadat het rouwmisbaar verstild was, sprak den vader spontaan met troostrijke reden toe, terwijl hij nu eens wees op het noodlot en de wreede loop van 's menschen leven en de onvermurwbare voorbeschikking dan weer gewaagde van nieuw kroost, blijvende liefdependen, zoo de godheid gunstig gezind was. Nauwelijks zweeg hij, of de jammerklachten vingen weer aan. Ook hoorde de koning niet milder gestemd naar zijn vriendelijke woorden dan de grimmig-onstuimige Jonische zee zich bekommert om de geloften der mannen, die over zee geroepen worden, of de neerschietende bliksems geven om de ijle wolken. —

Intusschen omhangt men met teedere twijgen van de sombere cypres den brandstapel, aan de vlammen gewijd, evenals de draagbaar van het knaapje: onderaan liggen gespreid de groene bladeren en takken van de velden. De tweede laag vraagt meer arbeid: men legt kransen van gras, en de glooiing is bont-bestrooid met bloemen, die gedoemd zijn spoedig te verwelken. Als derde laag van den grafheuvel rijst een hoop van Arabische specerijen, die de kostelijke gaven van het Oosten bevat, grijze wierook in kluiten en kaneel uit den tijd van den ouden Belus. Bovenaan is een fluweelzachte top van Tyrisch purper en ruischend gouddraad; aan alle kanten doen gladronde edelgesteenten het schitteren; binnen in een rand van acanthus is een voorstelling van Linus geweven en van de honden, die hem den dood bereidden. Altijd had de moeder het wonder-mooie borduursel gehaat en placht zij haar oogen af te wenden van dat slechte voorteeiken. Met wapens zelfs en met buit behaald door de voorouders in het grijs verleden tooit de roemzucht, die geenszins zonder doornen was, en de trots van het geteisterde huis den brandstapel, alsof men een groot

membra rogo, sed cassa tamen sterilisque dolentes fama iuvat, parvique augescunt funere manes.	70
inde ingens lacrimis honor et miseranda voluptas, muneraque in cineres annis graviora feruntur — namque illi et pharetras brevioraque tela dicarat festinus voti pater insontesque sagittas;	75
iam tunc et nota stabuli de gente probatos in nomen pascebat equos — cinctusque sonantes armaque maiores expectatura lacertos.	
[spes avidae! quas non in nomen credula vestes urgebat studio cultusque insignia regni purpureos sceptrumque minus? cuncta ignibus atris damnat atrox suaque ipse parens gestamina ferri, si damnis rabidum queat exsaturare dolorem.]	80
parte alia gnari monitis exercitus instat auguris aeriam truncis nemorumque ruina,	85
montis opus, cumulare pyram, quae crimina caesi anguis et infausti cremet atra piacula belli.	
[his labor accisam Nemeen umbrosaque Tempe praecipitare solo lucosque ostendere Phoebo.]	
sternitur extemplo veteres incaedua ferro silva comas, largae qua non opulentior umbrae Argolicos inter saltusque educta Lycaeos extulerat super astra caput: stat sacra senectae numine, nec solos hominum transgressa veterno fertur avos, Nymphas etiam mutasse superstes Faunorumque greges. aderat miserabile luco excidium: fugere ferae, nidosque tepentes absiliunt — metus urget — aves; cadit ardua fagus, Chaoniumque nemus brumaeque inlaesa cupressus, procumbunt piceae, flammis alimenta supremis, ornique iliceaeque trabes metuendaque suco taxus et infandos belli potura cruores fraxinus atque situ non expugnabile robur. hinc audax abies et odoro vulnere pinus scinditur, adclinant intonsa cacumina terrae alnus amica fretis nec inhospita vitibus ulmus.	90 95 100 105

krijgsman uitdraagt en het stoffelijk overschot van een machtigen held naar den brandstapel voert; maar toch streelt die praal, al is ze leeg en ijdel, de treurende ouders en de schim van den kleine wordt verheerlijkt in zijn uitvaart. Derhalve stort men gaarne een vloed van tranen en schenkt dit een weemoedig genot, en men draagt gaven aan tot een prooi voor de vlammen zwaarder dan zijn jaren deden verwachten. Want zijn vader had hem, op de vervulling van zijn wenschen vooruitlopend, kleine pijlkokers toebedeeld en werpspiesen en pijlen, die niet schaadden. Zelfs fokte hij toen reeds voor hem voortreffelijke paarden van het beroemde ras van zijn stal. En klinkende gordels en wapenrustingen, voor een grooteren drager bestemd, brengt men aan. [Hoe onverzadiglijk was de hoop van de moeder! Wat voor kleedingstukken maakte ze niet vol toewijding voor hem uit den drang haars harten, die goedgeeloovige vrouw, en purperen pronkgewaden, de eereteekens der koninklijke waardigheid en een kleine schepter? Dat alles wijdt de vader zelf vervuld van grimmig verdriet aan het zwart-rookende vuur en hij beveelt zijn eigen sieraden daarin te werpen, pogend of hij soms zijn razende smart kan verdooven door deze te offeren.]

Elders is het leger in de weer om volgens de bevelen van den kundigen orakelpriester een brandstapel, een gevaarte als een berg zoo hoog, op te bouwen uit boomstronken en hakhout, om daarmee de misdaad, het dooden der slang, te boeten en met zijn zwarten rook een zoenoffer te brengen voor den rampzaligen oorlog. [Deze beijveren zich het woud in het schaduwrijke dal van Nemea te vellen, de kruinen der boomen ter aarde te neigen en de bosschen te openen voor het zonlicht.] In een oogwenk wordt het woud gekapt, dat door de bijl nooit één van zijn boomen heeft moeten missen; rijk was het aan overvloedige schaduw, door geen van de dalen van Argolis en den Lycaeus werd het hierin geëvenaard, en zijn kruin verhief het boven de sterren: daar staat het heilig door zijn eerbiedwekkenden ouderdom, en naar men zegt, reikt zijn bestaan verder in het verleden terug dan het voorgeslacht der menschen, ja zelfs heeft het, immer levend, de scharen der Nymphen en Faunen zien komen en gaan. Een jammerlijke ondergang was het bosch beschoren: de wilde dieren vluchten, de vogels springen door angst gedreven van hun nog warme nesten. De hooge eik valt, het Chaonisch geboomte, en de altijd groene cypres, pijnboomen storten neer, die men gebruikt voor de brandstapels der dooden, bergesschen, tronken van steeneiken en de taxus gevreesd om zijn sap en de esch, die het bloed in den gevloekten krijg zal drinken en de eik, die door geen ouderdom verwonnen wordt. Vervolgens wordt de vermeteleden en de pijnboom met zijn geurende wonde omgehakt en de els, die het water mint en de olm, die den wijnstokken gastvrijheid verleent, buigen

- dat gemitum tellus: non sic eversa feruntur
 Ismara, cum fracto Boreas caput extulit antro,
 non grassante noto citius nocturna peregit
 flamma nemus; lincunt flentes dilecta locorum 110
 otia cana Pales Silvanusque arbiter umbrae
 semideumque pecus, migrantibus adgemit illis
 silva, nec amplexae dimittunt robora Nymphae.
 ut cum possessas avidis victoribus arces
 dux raptare dedit, vix signa audita, nec urbem 115
 invenias; ducunt sternuntque abiguntque feruntque
 inmodici, minor ille fragor, quo bella gerebant.
- iamque pari cumulo geminas hanc tristibus umbris,
 ast illam superis aequus labor auxerat aras,
 cum signum luctus cornu grave mugit adunco 120
 tibia, cui teneros suetum producere manes
 lege Phrygum maesta. Pelopem monstrasse ferebant
 exsequiale sacrum carmenque minoribus umbris
 utile, quo geminis Niobe consumpta pharetris
 squalida bisseas Sipylon deduxerat urnas. 125
- portant inferias arsuraque fercula primi
 Graiorum, titulisque pios testantur honores
 gentis quisque suae; longo post tempore surgit
 colla super iuvenum — numero dux legerat omni —
 ipse fero clamore torus. cinxere Lycurgum 130
 Lernaei proceres, genetricem mollior ambit
 turba, nec Hypsipyle raro subit agmine; vallant
 Inachidae memores, sustentant livida nati
 bracchia et inventae concedunt plangere matri.
- illic infaustos ut primum egressa penates 135
 Eurydice, nudo vocem de pectore rumpit
 planctuque et longis praefata ululatibus infit:
 'non hoc Argolidum coetu circumdata matrum
 speravi te, nate, sequi, nec talia demens
 fingebam votis annorum elementa tuorum, 140
 nil saevum reputans; etenim his in finibus aevi
 unde ego bella tibi Thebasque ignara timerem?
 cui superum nostro committere sanguine pugnas
 dulce? quis hoc armis vovit scelus? at tua nondum,

hun ruige toppen ter aarde. De grond dreunt: met minder geweld worden de wouden van Ismara ontworteld, wanneer de Boreas de kluisters van zijn grot verbreekt en zich daarbuiten verheft; niet zoo groot is de snelheid waarmee een nachtelijk vuur, aangewakkerd door den zuiderwind, een bosch verwoest. Weenend verlaten de grijze Pales en Silvanus, heer van het donkere bosch, en de schare half goden, half dieren hun geliefkoosde rustige plekken en het woud zucht mede over hun aftocht en de Nymphen kunnen de boomen niet slaken uit hunne omhelzing. Gelijk wanneer een legeraanvoerder de stad door hem genomen aan de roofzieke overwinnaars ter plundering overgeeft: ternauwernood hoort men het signaal en de stad is niet meer. Zij sleepen weg, vellen neer, voeren mee en kapen mateloos, ja, het gedruisch van den strijd was minder luid. En eindelijk had men twee brandstapels van gelijke hoogte met gelijke moeite opgetast, één voor de droeve schim, den tweede voor de goden, toen de gekromde hoornen schalmei, waarmee men gewoonlijk de zielen van kinderen oproept volgens het sombere gebruik der Phyiërs, het smartelijke teeken tot rouwvertoon gaf. Men verhaalde, dat deze doodenrite van Pelops afstamde en deze muziek heilzaam was voor de schimmen van kinderen. Niobe, door de schichten van twee goden in rampzalige rouw gedompeld, had aldus twaalf urnen naar den Sipylus gebracht.

De leiders der Grieken torsen doodenoffers en baren met gaven, die in vlammen zullen opgaan en ieder voorziet vol deelname de doodenoffers met den naam van zijn geslacht. Langen tijd daarna komt hoog op de schouders van jongelingen, die de aanvoerder uit de geheele legerbende had gekozen, eindelijk de lijkbaar onder wilde kreten. Lerneïsche edelen omringen Lycurgus, de moeder wordt omstuwd door een stoet van vrouwen en ook Hypsipyle ziet zich omgeven door een talrijk geleide. De Inachiden beschutten haar van dichtbij, denkend aan wat er gebeurd is; haar zoons ondersteunen haar armen met blauwe vlekken geteekend en laten de hervonden moeder zich overgeven aan haar smart.

Eurydice op dit oogenblik, zoodra zij het sterfhuis verlaten had, verhief met ontbloote borst hare stem luide en nadat zij zich lang in klachten en gewezen had laten gaan, sprak zij: „Niet had ik verwacht, dat ik omgeven door dezen stoet van Argivische vrouwen, u, o zoon, zou volgen en in de dwaasheid mijner geloften dacht ik mij uw jeugd niet zóó: want een dergelijk wreed lot had ik niet voorzien. Waarom immers zou ik, daar gij nog zoo jong waart, in mijn onkunde vrees koesteren voor een oorlog met Thebe? Aan wien der goden behaagde het den strijd in te wijden met ons bloed? Wie durfde zulk een wandaad met zijn wapens te bedrijven? — Ach neen! uw huis, Cadmus, wordt niet met rouw vervuld, dáár is geen kind, dat door het Tyrische volk betreurd wordt! Ik ben het, die het eerst

Cadme, domus, nullus Tyrio grege plangitur infans. 145
 primitias egomet lacrimarum et caedis acerbae
 ante tubas ferrumque tuli, dum deside cura
 credo sinus fidos altricis et ubera mando.
 quidni ego? narrabat servatum fraude parentem
 insontesque manus. en! quam ferale putemus 150
 abiurasse sacrum et Lemni gentilibus unam
 immunem furiis, haec illa — et creditis ausae? —,
 haec pietate potens solis abiecit in arvis —
 non regem dominumque, — alienos — impia! — partus,
 hoc tantum, silvaeque infamis tramite liquit, 155
 quem non anguis atrox — quid enim hac opus, ei mihi, leti
 mole fuit? — tantum caeli violentior aura
 impulsaeque noto frondes cassusque valeret
 exanimare timor. nec vos incessere luctu
 orba habeo, fixum matri inmotumque manebat 160
 hac altrice nefas; atquin et blandus ad illam,
 nate, magis, solam nosse atque audire vocantem,
 ignarusque mei: nulla ex te gaudia matri.
 illa tuos questus lacrimososque impia risus
 audiit et vocis decerpsit murmura primae. 165
 illa tibi genetrix semper, dum vita manebat,
 nunc ego. sed miserae mihi nec punire potestas
 sic meritam! quid dona, duces, quid inania fertis
 iusta rogis? illam — nil poscunt amplius umbrae —,
 illam, oro, cineri simul excisaeque parenti 170
 reddite, quaeso, duces, per ego haec primordia belli,
 cui peperit; sic aequa gemant mihi funera matres
 Ogygiae.' sternit crines iteratque precando:
 'reddite, nec vero crudelem avidamque vocate
 sanguinis: occumbam pariter, dum vulnere iusto 175
 exsaturata oculos, unum inpellamur in ignem.'
 talia vociferans alia de parte gementem
 Hypsipylen — neque enim illa comas nec pectora servat —,
 agnovit longe, et socium indignata dolorem:
 'hoc saltem, o proceres, tuque o, cui pignora nostri 180
 proturbata tori, prohibete, auferte supremis!
 invisam exsequiis quid se funesta parenti

tranen moest storten en het eerst den wrangen dood moest zien, nog vóór het blazen der krijgstrompetten en het trekken der zwaarden, terwijl ik in mijn zorgeloosheid meende, dat de boezem van de voedster te vertrouwen was en mijn kind overgaf aan haar borsten! En waarom zou ik dat niet? Zij vertelde mij, dat zij haar vader door list gered had en dat haar handen onschuldig waren. En ziet nu! Die vrouw, van wie wij moeten gelooven, dat zij den doodelijken eed niet heeft meegezworen en dat zij alleen niet bezielde was door de razernij, die de vrouwen van Lemnos beheerschte, ja die vrouw daar — hecht gij nog geloof aan haar woorden, nu zij dit gewaagd heeft? — zoo sterk in haar liefde jegens haar vader, heeft neergeworpen op een eenzaam grasveld niet haar heer en koning, neen, de goddelooze! doch het kind van een ander, dat slechts!!... en zij liet hem bij een pad in een heilloos woud! Niet viel een giftige slang te duchten — waarom immers was daar — wee mij! — zulk een machtig voltrekker van het doodslot noodig? — maar een wat feller stormvlaag en takken door den wind bewogen of een ijdele schrik had mijn kindje reeds kunnen dooden. En hoewel beroofd van mijn lieveling, wil ik u geen verwijten doen in mijn rouw; vast en onafwendbaar stond mij, de moeder, dit onheil door de hand van deze voedster te wachten. En toch was jij vriendelijker jegens haar, m'n kind, ja zoo, dat je haar slechts wilde zien en hooren, als zij je riep, maar mij kende je niet: geen vreugde had je moeder van je. Die booze vrouw hoorde je klagen en zag je lachen door de tranen heen en ving je eerste stamelend praten op. Zij was steeds een moeder voor je, zoolang je leven duurde, thans echter ben ik dat. Maar — wee mij ongelukkige! — ik ben zelfs niet in staat haar, hoewel zij het zoozeer verdient, te straffen! Waarom, aanvoorders, brengt gij geschenken, waarom ijdele doodenoffers naar den brandstapel? Haarzelf, dat is het eenige dat zijn schim opeischt, háár, smee ik, moet ge offeren zoowel aan den doode als aan de diep getroffen moeder, dat smee ik u, krijgsoversten, bij dit begin van den oorlog, waarvoor ik hem dus heb gebaard! In dát geval mogen de Ogygische moeders een even bitter sterflot te beweenen hebben als ik!" Zij rukt zich de haren uit en herhaalt haar smeekbede: „Geef haar mij en noemt mij niet wreed of bloeddorstig: ook ik zal sterven, mits ik mijn oogen heb mogen verlustigen aan haar rechtvaardigen dood, mogen wij in één vuur gedreven worden." Terwijl zij dit luide uitriep, zag zij ver weg aan gene zijde Hypsipyle weeklagen — want ook zij ontzag noch heur haren noch haar boezem — en verontwaardigd, dat zij in haar smart dorst deelen, zeide zij: „verhindert dit tenminste, o vorsten, en gij, voor wien het pand van ons huwelijk vernietigd is: weert die gehate vrouw van de doodenriten! Waarom mengt zij, die rouw bracht aan mijn moeder-

- miscet et in nostris spectatur et ipsa ruinis?
 [cui luget complexa suos?' dixitque repente
 concidit, abruptisque obmutuit ore querellis.] 185
 sic ait abruptisque inmutuit ore querellis: 185b
 non secus ac primo fraudatum lacte iuvenum,
 cui trepidae vires et solus ab ubere sanguis,
 seu fera seu duras avexit pastor ad aras;
 nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu,
 nunc armenta movet vacuosque interrogat agros; 190
 tunc piget ire domum, maestoque novissima campo
 exit et oppositas inpasta avertitur herbas.
 at genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
 incit ipse rogis, tergoque et pectore fusam
 caesariem ferro minuit sectisque iacentis 195
 obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
 verba pio miscens: 'alio tibi, perfide, pacto,
 Iuppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
 si pariter viridis nati libare dedisses
 ad tua templa genas, sed non ratus ore sacerdos, 200
 damnataeque preces; ferat haec, quae dignior, umbra.'
 iam face subiecta primis in frondibus ignis
 exclamat, labor insanos arcere parentes.
 stant iussi Danaum atque obtentis eminus armis
 prospectu visus interclusere nefasto. 205
 ditantur flammae; non umquam opulentior illic
 ante cinis: crepitant gemmae, atque inmane liquescit
 argentum, et pictis exsudat vestibus aurum;
 nec non Assyriis pinguescunt robora sucis
 pallentique croco, strident ardentia mella, 210
 spumantesque mero paterae verguntur et atri
 sanguinis et raptio gratissima cymbia lactis.
 tunc septem numero turmae, centenus ubique
 surgit eques, versis ducunt insignibus ipsi
 Graiugeniae reges, lustrantque ex more sinistro 215*
 orbe rogam et stantis inclinant pulvere flammam.
 ter curvos egere sinus, inlisaque telis
 tela sonant, quater horrendum pepulere fragorem
 arma, quater mollem famularum brachia planctum.

hart, gehaat als zij is, zich onder den begrafenisstoet en waagt zij het zelf ook getuige te zijn van ons ongeluk?" Zoo sprak zij en zij eindigde haar klachten en zweeg: evenals wanneer een jonge stier beroofd van de eerste melk, wiens lichaamssterkte nog gering is en die zijn levenskracht alleen ontleent aan den uier, hetzij door een wild dier is weggesleurd hetzij door een herder naar wreede altaren: dan brengt de moeder, van haar jong beroofd, nu eens het dal, dan weer de rivieren in beroering door haar geklaag, dan weer het vee en zij vraagt de ledige velden. Dan gaat zij dralend huiswaarts en zij is de laatste, die het droevige veld verlaat en zij roert niet aan de voorgelegde kruiden maar wendt zich af. Maar de vader wierp zelf zijn roemrijke schepter en de emblemen van Jupiter op den brandstapel en hij beroofde zich met de schaar van zijn haar, dat hem over rug en borst golfde, en met de afgesneden lokken bedekte hij het kleine gelaat van het kindje, dat daar lag. Daarbij uitte hij de volgende woorden onder tranen, die van zijn liefde getuigen:

„Een geheel andere toekomst, trouwelooze Jupiter, verwachtte ik, toen ik mij bond door een gelofte en belofde, dat ik dit haar zou wijden, zoo gij het mij geschonken hadt om tegelijkertijd met een plengoffer de baard van mijn kloeken zoon plechtig aan u op te dragen; doch die woorden van uw priester vonden geen verhooring en mijn gebed werd afgewezen: laat zijn schim, die het meer verdient, dit deelachtig worden!"

Eindelijk legde men een fakkel onderaan den brandstapel, het vuur knettert bij de onderste takken en slechts met moeite kan men de verdwaasde ouders weerhouden.

Eenige Danaërs hebben opdracht zich daar op te stellen en door het scherm hunner schilden benemen zij hun het gezicht op het jammerlijk schouwspel. De vlammen worden rijkelijk gevoed; nooit was daar voordien de prooi der vlammen zoo kostbaar geweest: edelsteenen breken knappend, en een vloed van zilver stroomt, en het goud welt uit de bestikte gewaden, en de takken glanzen van de Assyrische zalven en lichte saffraan, de gloeiende honig sist en schuimende schalen wijn giet men uit en bekert donker bloed en melk, een welkom geschenk voor het gestorven kind. Daarna worden zeven ruiterafdeelingen, ieder bestaande uit honderd man, hoog te paard gezeten, door de Grieksche vorsten persoonlijk geleid met omgekeerde wapens en volgens het gebruik rijden ze links om den brandstapel heen en dempen zij de oplaaiende vlammen door het stof. Driemaal rijden zij daar in een kring om heen, de wapens die tegen elkaar stooten, kletteren; viermaal lieten zij met de schilden een geweldig gedruisch hooren; viermaal sloegen de vrouwen zich op armen en borst volgens haar rouwgebruik. In het andere vuur werpt men zieltogend kleinvee en run-

- semianimas alter pecudes spirantiaque ignes 220
 accipit armenta; hic luctus abolere novique
 funeris auspicium vates, quamquam omina sentit
 vera, iubet: dextri gyro et vibrantibus hastis
 hac redeunt, raptumque suis libamen ab armis
 quisque iacit, seu frena libet seu cingula flammis 225
 mergere seu iaculum summae seu cassidis umbram.
 [multa gemunt extra raucis concentibus agri,
 et lituis aures circum pulsantur acutis.
 terretur clamore nemus: sic Martia vellunt
 signa tubae, nondum ira calet, nec sanguine ferrum 230
 inrubit, primus bellorum comitur ore
 vultus horrisono, stat adhuc incertus in alta
 nube, quibus sese Mavors indulgeat armis.]
 finis erat, lassusque putres iam Mulciber ibat
 in cineres; instant flammis multoque soporant 235
 imbre rogam, posito donec cum sole labores
 exhausti; seris vix cessit cura tenebris.
 roscida iam novies caelo dimiserat astra
 Lucifer et totidem Lunae praevenerat ignes
 mutato nocturnus equo, nec conscia fallit 240
 sidera et alterno deprenditur unus in ortu;
 mirum, opus adcelerasse manus: stat saxea moles,
 templum ingens cineri, rerumque effictus in illa
 ordo docet casus: fessis hic flumina monstrat
 Hypsipyle Danais, hic reptat flebilis infans, 245
 hic iacet, extremum tumuli circum asperat orbem
 squameus; expectes morientis ab ore cruenta
 sibila, marmorea sic volvitur anguis in hasta.
 iamque avidum pugnas visendi vulgus inermes —
 fama vocat cunctos — arvis ac moenibus adsunt 250
 exciti; illi etiam, quis belli incognitus horror,
 quos effeta domi, quos prima reliquerat aetas,
 conveniunt: non aut Ephyraeo in litore tanta
 umquam aut Oenomai fremuerunt agmina circo.
 collibus incurvis viridique obsessa corona 255
 vallis in amplexu nemorum sedet; hispida circum
 stant iuga, et obiectus geminis umbonibus agger

deren, die nog leven. Hier beveelt hun de priester het rouwmisbaar te staken opdat hun jammerklachten geen voortekenen van een sombere toekomst zullen zijn, hoewel hij alreeds weet, dat die de waarheid zullen spellen: rechtsom dan in een kring en met trillende lanssen keeren ze langs dien weg terug, en ieder offert een deel van zijn wapenrusting aan het vuur, hetzij hij een teugel, hetzij een singel aan de vlammen wil prijsgeven, hetzij een werpspeer of een helmboos. [De velden buiten zijn vervuld van jammerklachten en een mengeling van doffe kreten en de ooren schallen rondom van schetterende klaroenen. Het woud ontstelt van het gedruisch: zóó worden de veldteekens uit den grond gerukt op het klinken der bazuinen, nog is de strijdlust niet ontbrand en het zwaard nog niet rood gekleurd van het bloed; de eerste aanblik van den strijd wordt beheerscht door het huiveringwekkende geschal der trompetten. Mars staat hoog op de wolken en heeft nog niet beslist, aan welk van beide legers hij de zege zal verleenen.]

Het einde was gekomen: het vuur van Mulciber, vermoeid, valt uiteen tot krimpemde asch. Zij dooven de vlammen en blusschen den brandstapel met rijkelijk water, totdat bij zonsondergang hun werk volbracht is. Het invallen der duisternis dwingt hen eindelijk den arbeid neer te leggen.

Reeds negenmaal had Lucifer de dauwbrennende sterren van den hemel verjaagd en even zooveel malen des nachts na het wisselen van zijn paard het vuur der maan aangekondigd, maar de sterren, die wèl weten, kan hij niet misleiden: zij zien, dat hij één en dezelfde is bij zijn wisselend verrijzen. Een wonder is de spoed, waarmee menschenhanden het werk voltooid hebben: een marmeren bouwwerk staat daar, een grootsch grafmonument voor de asch van den kleine, en een reeks tafreelen, daarop aangebracht, verhaalt zijn geschiedenis: hier wijst Hypsipyle aan de vermoeide Danaërs de rivier, hier kruipt het weenende kind, hier ligt het, dood....; om den rand van het grafteeken vormt de schubbige slang grimmige kronkels; men zou niet verbaasd zijn, als het stervende dier siste uit zijn bloedigen muil, zóó natuurlijk kronkelt de slang zich om de in marmer gebeitelde speer.

En nu komt een volksmenigte hakend naar het schouwspel van kampen zonder wapengeweld, uit alle velden en steden derwaarts gelokt; de faam ontbood hen allen. Ook zij komen, die de gruwelen van den krijg niet kennen en die tot nog toe wegens ouderdom of prille jaren waren achtergebleven. Nooit waren op het strand van Ephyre noch op de renbaan van Oenomaus zoo groote woelige scharen samengestroomd.

Omgeven door een groene omheining van glooiende heuvelen ligt daar een vallei, verzonken in de omhelzing der wouden. Ruig verheffen zich rondom de bergen, en een tweetoppige hoogte vormt de afsluiting en be-

- campum exire vetat, longo quem tramite planum
gramineae frontes sinuataque caespite vivo
mollia non subitis augent fastigia clivis. 260
illic conferti, iam sole rubentibus arvis,
bellatrix sedere cohors; ibi corpore mixto
metiri numerum vultusque habitusque suorum
dulce viris, tantique iuvat fiducia belli.
centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros 265
lenta mole trahunt; idem numerusque colorque
matribus et nondum lunatis fronte iuvenis.
- exin magnanimum series antiqua parentum
invehitur, miris in vultum animata figuris.
primus anhelantem duro Tiryntius angens 270
pectoris attritu sua frangit in ossa leonem.
haud illum inpavidi, quamvis et in aere suumque
Inachidae videre decus. pater ordine iuncto
laevus harundineae recubans super aggere ripae
cernitur emissaeque indulgens Inachus urnae. 275
Io post tergum, iam prona dolorque parentis,
spectat inocciduis stellatum visibus Argum.
[ast illam melior Phariis erexerat arvis
Iuppiter atque hospes iam tunc Aurora colebat.]
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis 280
inminet aut refugae sterilem rapit aera silvae,
sed pius et magni vehitur conviva Tonantis.
parte alia victor curru Neptunia tendit
lora Pelops, prensatque rotas auriga natantes
Myrtilos et volucris iam iamque relinquitur axe. 285
et gravis Acrisius speciesque horrenda Coroebi
et Danae culpata sinus, et in amne reperto
tristis Aymone, parvoque Alcmena superbit
Hercule, tergemina crinem circumdata luna.
iungunt discordes inimica in foedera dextras 290
Belidae fratres; sed vultu mitior adstat
Aegyptus, Danaei manifestum adgnosceret ficto
ore notas pacisque malae noctisque futurae.
mille dehinc species. tandem satiata voluptas
praestantesque viros vocat ad sua praemia virtus. 295

grenst dus de vlakke een heel eind weegs effen, die grazige glooiingen en golvende heuvels met teergroen grastapijt nog uitbreiden met geleidelijk stijgende hellingen. Daar nemen de krijgsscharen plaats in dichte drommen, terwijl de opkomende zon een rooden gloed doet lichten over de velden. In bonte menigte verzameld vermaken de helden zich met het aantal hunner kameraden te gissen, hun voorkomen en dracht gade te slaan; dat ze kunnen vertrouwen op zulk een geweldige krijgsmacht, vervult hen met blijdschap. Hierheen sleepen zij honderd zwarte stieren, de kracht van de kudde: langzaam schrijden de ontzagelijke dieren voort; evenveel koeien van dezelfde kleur en kalveren, wier koppen nog niet door de maanvormige horens gesierd worden.

Daarna wordt op wagens de oude stamboom rondgevoerd, die met bewonderenswaardige weergave in treffende gelijkenis de fiere voorouders vertoont. Het eerst ziet men den Tiryntiër, die den snuivenden leeuw door klemmenden druk aan zijn borst wort en hem de beenderen breekt. Hem aanschouwen de Inachiden niet zonder vrees, hoewel zij slechts een bronzen beeld zien en Hercules toch hun roemrijke held was. Als tweede in de rij ziet men vader Inachus, aan den linkerkant van de voorstelling, die rust op den met riet begroeiden oeverdam en rijkelijk water uit zijn urn laat vloeien. Achter hem ziet men Io, reeds in de gestalte van een koe en zij is de smart haars vaders: zij blik Argus aan, die bestrooid is met nooit geloken oogen. [Maar de genade van Jupiter had haar in de Pharische velden weer de menschelijke gedaante teruggegeven en Aurora heette haar toen ten leste gastvrij welkom.] Dan op een wagen vader Tantalus, niet zooals hij gekweld wordt door dorst naar water, dat hem telkens weer ontvlieft, of zooals hij de ijle lucht omsluit in plaats van den deinzenden tak, maar als een godvruchtig man en als gast van den grooten Dondergod. Verderop houdt Pelops als overwinnaar, staande op zijn wagen, de Neptunische teugels vast en Myrtilos de wagenrenner van Oenomaus strekt zijn hand uit naar de wielen, die van de as losglijden en zijn wagen blijft inderdaad reeds achter, terwijl het gevleugelde span van den ander hem voorbij streeft. En de gestrenge Acrisius en de gestalte van den geduchten Coroebus en Danae met haar zondigen schoot, en de bedroefde Amynone bij den stroom, dien zij gevonden had, en Alcmena trotsch op haar kleinen Hercules, heur haar getooid met een drievoudige maan. De tweedrachtige broeders, zoons van Belus, reiken elkander de hand tot een verdrag, dat slechts vijandschap inhield, maar Aegyptus staat daar met milder trekken; het valsche gelaat van Danaus spiegelt de list van het onzalig verbond, gevolgd door den nacht van den moord. Daarna nog tallooze gestalten. Eindelijk is de blik der helden verzadigd en vol strijd lust haken zij naar den prijs van hun moed. —

COMMENTARIUS.

Exordium vss. 1—24. **Ludi funebres** fient in honorem Opheltis a serpente occisi. Alii **ludi enumerantur**. Poetae nostro in funere Opheltis describendo exempla non deerant: Homerus l. XXIII Iliadis funebria Patrocli, Vergilius Aeneidos l. VI v. 176 sqq. Miseni et l. XI v. 132 sqq. Palladis versibus persecutus est. Praeterea invenimus funebria — erat, ut ait Vahlen (Ennianae poesis reliquiae 1928, p. CLXXVII) „forma principum poetarum usu quasi sancita” — apud Ennium (Ann. VI frg. X), Silium Italicum (Pun. X 529 sqq.), Valerium Flaccum (Arg. III 274 sqq.), Apollonium Rhodium (Arg. I 1057 sqq.), Quintum Smyrnaeum (Posth. III 1 sqq., 525 sqq.).

1. Cf. Th. IX 32 sqq.; II 205; Verg. A. IV 173; XI 139; IX 473 sq. Hunc versum Dracontius (VIII 442) imitatus est: „Nuntia fama ducis totam repleverat urbem.” Quantopere Dracontius Statii versus nonnunquam integros carminibus suis recipere studuerit, exposuit Kulla (Quaestiones Statianae, diss. Vratislav. 1881, p. 36 sqq.). **multivago**: adiectiva, quae componuntur cum *vagus* saepe apud nostrum occurrunt: *montivagus* (Th. I 581, A. I 450, cf. Lucr. I 404; II 597, 1081), *noctivagus* (Th. III 420; X 158; XII 132; S. III, 5, 101), cf. Verg. A. X 216, *fluctivagus* (Th. I 271, IX 305, 360; S. II, 1, 95; III, 1, 84). Quorum compositorum occurrunt apud Senecam: *noctivagus* (Senecae Oed. 254), *multivagus* (H. F. 533), *montivagus* (H. O. 137, Phaedr. 784). Cf. ad v. 4. Vide etiam Ernout-Robin ad Lucr. I 3, Heuvel l. a. ad v. 265, Norden ad Vergil. A. VI 573. Cf. etiam Th. IX 32: „Fama — vaga”. (Cf. Seneca, Phoen. 361: verba rumoris vagi) — Adiect. *vagus*, quod vere Statianum

habendum est, in Thebaide non minus quam tricies sexies occurrit. Etiam Seneca in tragoediis hac voce libenter usus est, in carminibus autem Vergilii *vagus* non legitur. **Danaas**: ea voce in Thebaide ad Graecos refertur, qui Thebanis bellum intulerunt. In Achilleide autem Statius hoc vocabulo Trojanorum adversarios designat (A. I 93, 553, 910 etc.). **perlabitur**: Cf. Verg. A. VII 646: „ad nos vix tenuis famae perlabitur aura”, quo loco, ut loco nostro, *perlabitur* significat: furtim atque velociter ad nos (ad urbes) penetrat. De usu verbi *labi* cf. Wagenvoort: Vergils vierte Ekloge u. das Sidus Iulium (Meded. d. Kon. Ak. v. Wetensch. Afd. Letterk. Deel 67 Serie A 1929, p. 26 sq.). — Ad locum cf. etiam S. IV, 3, 62: „it (cod.: et) longus medias fragor per urbes”. 2. **Fama**: habet quandam similitudinem cum *Ἄοσσα* Homeri; Th. II 208 *dea turbida* appellatur, IV 369 *turbatrix*. De prosopopoeia *famae* apud Verg. cf. R. Heinze: Vergils epische Technik² p. 305, 380. Cf. etiam Ilberg ap. Roscher I 1442 sq. s.v., Waser ap. P.W. VI 1977 sqq., Gruppe Gr. Mythol. u. Rel. II 1093, 1. **sancire** — **sollemnia** — **Inachidas**: acc. c. inf. pendens a voce *nuntia* = nuntians. 2 sq. **sancire** — **sollemnia** — **ludumque**: est expressio correpta pro: feralia ludumque sollemnem in modum agere, cf. Th. XI 344: „feralia sanxi”, et Verg. A. VI 378: tumulo sollemnia mittent (vide Norden ad. l.). De sollemnibus in honorem Opheltis factis cf. Clemens Alexandrinus Protrept.: Cap. II 34 ed. Stählin (= p. 29 ed. Pott.): *Νεμέασι δὲ ἄλλο παιδίον Ἄρχέμορος κεκήδεται καὶ τοῦ παιδίου ὁ ἐπιτάφιός προσαγορεύεται Νέμεα* et L. R. Farnell, Greek herocults p. 41 sq.: „part of the ritual of the Nemean games was chthonian, for the judges wore dark garments, and the parsley-crown was a symbol of death according to the ancient interpretation.” — Verbum *sancire* per zeugma etiam coniungitur cum *ludumque* (v. 3). Qua de causa Nemea media aestate agerentur, vide praef. 2. **novo busto**: sc. Opheltis vel alio nomine Archemori, filioli Lycurgi regis. Cuius mors Th. V 505 sqq. (cf. S. II, 1, 181 sq.) describitur: Hypsipyle, Opheltis nutrix, „prolem infaustam Lycurgi” (Th. IV 742) vicino in caespite reliquerat, ut eo citius Argivis aquam monstraret (IV 778 sqq.). Interea serpens („sanctum dixere Tonanti /agricolae”, V 511 sq.), „cui cura loci”, puerum destructum

extremae verbere caudae occidit. Pausanias (II, 15, 3) narrat se tumulum eius vidisse hisce verbis: ἐνταῦθα ἔστι μὲν Ὀφέλιου τάφος, περὶ δὲ αὐτὸν θριγκὸς λίθων καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου βωμοί ἔστι δὲ χῶμα γῆς Λυκούργου μνήμα τοῦ Ὀφέλιου πατρὸς. Noster S. V, 3, 52 spectat ad sepulcrum Opheltis (*superassem* — ... *et Nemees lucum*). Addam quae Curtius (Peloponnes II 509) de ea re dicit: zwanzig Schritt südlich (sc. vom Tempel des nemeischen Zeus) erhebt sich ein regelmässig geformter Erdhügel mit einer Kapelle, zu welcher kleine dorische Säulen, Fragmente eines ionischen Gebälks, grosse Tuffquadern u. andere Stücke von feinerem Material verbaut sind. Diese Ruinenstätte, in die ein Feigenbaum seine Wurzeln getrieben hat, liegt an dem Wege, der von Korinth nach Phlius führte; wahrscheinlich fiel hier auch der Weg von Argos ein, auf dem das Heer der Sieben nach dem Isthmos zog. Vielleicht war hier am Kreuzwege des Opheltis Grabhügel. In dem feuchten Cypressenhaine, welcher den Tempel umgab, zeigte man die Stelle seines Todes und daneben einen aufgeschütteten Hügel, von einer niedrigen Steinmauer umgeben, innerhalb welcher mehrere Altäre standen. In der Nähe war auch des Lykurgos' Grab. Dissidet ab eo Belger (Myk. Stud. I, Arch. Jahrb. X, 1895, p. 124, cf. etiam Tsountas ibīd. p. 151) hisce verbis: Diese Interpretation beruht wohl auf einer Verwechslung zwischen Lykurgos und Opheltis. Utcumque se ea res habet, temporibus Pausaniae sepulcrum Opheltis ibi monstratum esse certum est.

/§ Inspicias etiam librum q. i. *Quide Bleu de Grèce* (1932): un tertre voisin à 150 m. au S..... représenterait le tombeau d'Opheltès. **novo:** = recenti, ut saepe, cf. Heuvel ad Th. I 508; Scholte (diss. Groningana 1933) ad Ovid. Ex Ponto I, 1, 1. **3. Inachidas:** pro Argivis (cf. v. 133, 273, 428, 651, 806). Cf. adi. Inachus = Argivus (v. 38). Nomen ab Inacho (cf. ad v. 275) derivatur, qui auctor totius Argivorum gentis putabatur (cf. Eur. Iph. A. 1086, Nicander Coloph. Anth. Pal. VII 526, Call. frg. an. 209). **ludumque:** de ludis Nemeis cf. Daremberg et Saglio s.v. Nemea; Christ, ed. Pindarus LXV sqq.; Th. Klee, zur Gesch. der gymn. Agone, p. 53 sqq., qui agit de tempore ludi; Br. Schroeder, der Sport im Altertum p. 27 sq.; E. Norman Gardiner, Greek athletic sport & festivals, p. 66 sq., 223 sqq. De

ludis funebribus bene egit L. Malten, Mitt. d. deutsch arch. Inst., Röm. Abt. 38/39 (1923/4) p. 300 sqq. Cf. etiam Showerman apud Hastings, Encyclopaedia of ethics (1911) IV p. 437. **super:** = praeterea, insuper (ut Verg. A. I 29; II 71). **quo Martia bellis/ praesudare paret seseque accendere virtus:** quo virtus bellica ante bellum vires intendere et sese accendere paret. Sine dubio praesudare non solum sensum temporalem sed etiam finalem habet: „viribus ante exercendis ad bellum se praeparare”. Quod si ita est, poeta etiam verbum praeparandi in animo habuit; itaque *bellis praesudare paret* = bellis sudare praeparet. Poetam locutione periphrastica per verbum parandi uti certe non exspectes. 4 sq. **Martia — virtus:** per metonymiam pro *virtus bellica*. **bellis/ praesudare:** *bellis* est dat. Cf. S. I praef. 10: nec quisquam est inlustrium poetarum qui non aliquid operibus suis stilo remissiore praeluserit (i. e. ante opera sua). 4. **praesudare:** vox a Statio novata. Cf. Th. V 189: sudatus labor; Th. IV 721 sq.: ducibus sudatus Achaeis ludus. Cf. etiam Claud. rapt. Pros. II 120: dum matutinis praesudat solibus aer. — Verba composita nostro valde placuerunt qui in vocabulis novandis aequales longe superat. Collecta sunt a v. d. Schamberger (Diss. philol. Halenses Vol. XVII: de P. Papino Statio verborum novatore, p. 297 sqq.). Haec re multum differt a poetis temporibus Augusti florentibus. Cf. Norden ad Verg. A. VI 141. Vide etiam de usu praefixorum apud nostrum: Brinkgreve, Statii Achilleis (Brusse's Lat. reeks, 1914) p. 4 sq. Statio verbis per *prae* compositis valde delectatus est. Haec sunt quae apud Verg. non occurrunt: praecelero Th. II 497, IV 799; praecerpo Th. IX 193, S. III, 4, 86; praecingo Th. IV 67; S. III, 2, 25; praecino Th. VIII 205; praecolo Th. II 298; praeccludo Ach. I 256; S. II, 4, 3; praeduco S. V, 3, 13; praefulguro Th. VII 502; praefuro Th. II 420; praegredior Th. III 601, VI 558; S. IV, 1 33; S. V. 1, 106; praelibo Th. IV 464, Ach. II 88; S. III, 4, 60; praeluceo S. I, 2, 89; praeludo Ach. I 19: magnusque tibi praeludit Achilles = tibi (dat. commodi, non *ante te* ut l. nostro!) praeludium canit; praemonstro Th. I 67; praemeto S. III, 4, 11; praeniteo S. II, 7, 130; praenosco Th. I 706; III 490; S. I, 2, 178; V, 1, 99; V, 2, 41; praepondero Th. VIII 616; praescio Th. VIII 183. (Sed Verg. G. IV 70: praescis-

cere); praesterno S. III, 2, 114; praesolido Th. I 353; praestrin-
 gor Th. VI 459; praetento Th. II 369, III 381; praevaleo Th.
 XI 111, Ach. II 123; praeveho Th. VII 133; praevenio Th. IV 12;
 VI 239, Ach. II 27; S. III, 5, 111. 5. **Graium**: in Thebaide vox
Grai plerumque Peloponnesios significat opponiturque Thebanis.
 Hoc loco omnes Graeci intelleguntur. **Graium ex more decus**:
 sc. erat. Spectat poeta ad alia certamina sacra: Olympica (v. 5,
 6, 7), Pythia (v. 8, 9), Isthmia (v. 10—14) — Hic est ordo,
 quem invenimus in actis publicis, cf. K. Schneider, P.W. IX 2248.
 Accuratum conspectum ludorum sacrorum W. Christ praebet in
 prolegomenis ad Pindari carmina (p. LXI sqq.). **ex more**: =
 secundum morem, cf. v. 215; Th. I 541, VII 568, IX 572, XI 615;
 S. V, 2, 29; cf. etiam Hor. Sat. II, 3, 280. **decus**: = honor quo
 mortuus afficitur. Quae vocis significatio re vera apte non con-
 venit ad ludos Pythios, sed poeta nullos ludos omittere voluit. —
 Falso Gudeman (Thes. V 242, 43) *decus* = ludi Olympici inter-
 pretatur. **primus**..... **proxima** (v. 8)..... **mox** (v. 10): cf. ad
 v. 5. Ludi Olympici, qui a. 776 a. Chr. n. conditi sunt, non solum
 sanctissimi, sed etiam antiquissimi omnium ludorum fuisse
 videntur. Isthmicos autem ludos brevi post Pythios institutos
 esse constat (\pm 580 a. Chr. n.). Cf. Christ, Pindari carmina
 LXV sq.; E. Norman Gardiner, Greek athletic sports, p. 62 sqq.;
 de Isthmiis consulas K. Schneider, P.W. IX 2248. **Pisaea per**
arva: parum inaccurate pro: in agris Olympicis, qui Pisae
 propinqui sunt (cf. Heuvel ad Th. I 421). Quorum amoenitatem
 J. Ponten, Griechische Landschaften, 1914, p. 73 sqq. eleganter
 nobis ante oculos ponit. Cf. etiam Bursian, Geogr. v. Grl. II,
 p. 286 sqq. 6. **hunc**..... **honorem**: expressio correpta pro: cer-
 tamen sacrum Olympicum certavit in honorem Pelopis. Cf. S. V,
 3, 52: „Pelopis sollemnia trunci”. Falso interpretatur Mozley
 (Loeb 1928): first did the dutiful Alcides contest this honour
 with Pelops. — Hercules abnepos Pelopis erat; cf. Hyginus Fab.
 273 (vide infra) et Block ap. Roscher III² 1873, qui admonet
 dubitatum esse de ea origine, et Gruppe, P.W. Suppl. III 917,
 laudans Dion. Hal. *ἀοζ.* V, 17. Inspicias genealogiam, quam com-
 posui ad v. 268. Vide etiam Gardiner l.l. p. 38 sqq. — Quae
 Statius h. l. breviter exsecutus est, Pindarus (Ol. XI 64 sqq.)
 copiose exposuit: Herculem post Augian victum redeuntem ludos

Olympicos condidisse ad vetus Pelopis sepulcrum. De Pelopio Olympico vide Block ap. Roscher III 1874. **pūs Alcides**: Hercules *pūs* dicitur, quod in honorem pro-avi Pelopis certavit. **Pelopi**: dat. commodi. De re cf. etiam Hyginus Fab. 273: octavo loco fecit Hercules Olympiae gymnicos Pelopi Tantali filio, in quibus ipse contendit etc. — Vide etiam ad v. 283 sq. **certavit honorem**: ad quem usum transitivum verbi *certare* cf. Apul. Plat. 1, 2: „ut Pythia et Isthmia de luctu certaverit” et figura etymologica variata quam legimus apud Varronem Men. 519: „in charteo stadio ἐπιτάφιον ἀγῶνα quom (quo Bücheler) quis certavisset animo”. Sed longe alii accusativi sunt occurrentes apud Plin. nat. 36, 31: hodieque certant manus (= in dubitationem vocant, cuius artificis manus melior sit. — Thes.); Volcac. carm I, 1: multos... certare hanc rem vidimus (= certare de hac re).

7. **pulveremque — crinem**: a certamine crinem pulvere Olympico plenum habens: Barthius. Cf. etiam Hor. Od. I, 1, 3. **fera — oliva**: oleastro, cuius fronde victores coronabantur. Cf. Christ ad Pind. Ol. III, 13—34. Vide etiam V. Hehn, Kulturpflanzen u. Haustiere⁸ p. 103: An der griechischen Küste Kleinasiens, auf den Inseln und in Griechenland selbst wuchs der wilde Ölbaum häufig, der denn auch in den homerischen Gedichten öfters erwähnt wird; sein immergrünes Laub, das hohe Alter, das er erreicht, seine unzerstörbare Lebenskraft, das harte Holz empfahlen ihn der Aufmerksamkeit des Volkes u. der epischen Sage. — Den Oleaster, von dessen Zweigen die Sieger in Olympia bekränzt wurden, hatte nach Erzählung der Elier (Pausan. V, 7, 4) Herakles von den Hyperboreern im äussersten Westen hierhergebracht, eine Sage, die auch Pindar sich angeeignet hat (Ol. III 13). Cf. etiam p. 118.

8. **vipereo — nexu**: Pytho serpens Phocidem vexaverat. Est abl. separat. De Pythone cf. Türk ap. Roscher III 3402 s. v. Ad sententiam loci cf. Th. I 562 sqq.: postquam caerulei sinuosa volumina monstri, / terrogenam Pythona deus septem orbibus atris / amplexum Delphos squamisque annosa terentem / robora, — / perculit, absumptis numerosa in vulnera telis. — **celebratur**: P; celebravit ω. Recte Vollmer ad hunc locum observat (Rh. M. N. F. 51, 1896, p. 30): die Lesart des Puteaneus ist beizubehalten; Subject ist libera Phocis = liberatio Phocidos, dazu Apposition bellum puerile.

Die etwas kühne, aber echt Statianische Construction ist durch celebravit mit Phocis als Subject und bellum als Object zerstört. Deinde aliis exemplis demonstrat in codicibus recentioribus verba deleri et constructiones difficiles simpliciores reddi solere. (ibid. p. 28 sq.) — Sententia v. 8/9 haec est: deinde celebratur Phocidis liberatio, quam serpens sinuosa graviter vexaverat. Sed Apollo vixdum iuvenis monstrum sagittis impugnavit vicitque.

9. Apollineae bellum puerile pharetrae: Expressio compendiaria pro: bellum quod pharetra gessit Apollo puer. Per enallagen adi. *puerile*, quod proprie pertinet ad Apollinem et per metonymiam vocis *pharetrae* = sagittarum. Cf. de talibus figuris verborum vere Statianis et satis audacter usitatis: Legras, Etude sur la Thebaïde de Stace p. 322 sq. Alludit poeta ad institutionem Pythiorum: Pythone occiso Apollo Pythia instituit. Cf. i. a. B. Schroeder, der Sport im Altertum p. 28 sq.; Pomtow, P.W. IV 2526 sq. s. v. Delphoi. Cf. ad v. 8. De re cf. Th. I 711: te (= Apollinem) viridis Python Thebanae mater (= Niobe) ovantem/ horruit in pharetris. — Apud auctores qui vocantur classicos Apollinem prima pueritia Pythonem occidisse identidem legimus. Cf. e. g. Macrob. Sat. I, 17, 52: in prima infantia; Eurip. Iph. Taur. 1250: *ἔτι βρέφος*; Türk ap. Roscher III 3402. Ad versus formam (Phocis, Apollineae/ bellum puerile pharetrae) cf. v. 14, 32, 44, 57, 61, 64, 87, 91, 108, 113, 124, 125, 138, 185, 188, 192, 209, 248, 260, 263, 265, 268, 269, 274, 275, 281, 289. De talibus hexametris, quorum duae partes similiter desinunt cf. Norden Ant. Kunstpr. II 829 sqq. **nox:** Isthmia brevi post Pythia instituta sunt. Vide ad v. 5. **10. tristes — Palaemonis aras:** ad quam locutionem metaphoricam cf. Verg. A. III 63 sq.: stant manibus arae/ caeruleis maestae vittis atraque cupresso; ibid. III 305: et geminas, causam lacrimis, sacraverat aras; ibid. V 48: maestasque sacravimus aras. — Arae *maestae* vel *tristes* vocantur, quod maestitiam declarant. Isthmia celebrabantur in honorem Melicertis, cuius corpus ad agros Corinthi annataverat quique nomine Palaemonis colebatur. Cf. S. II, 1, 179 sq. Vide etiam Nilsson, Griechische Feste p. 439 atque p. 58 Anm. 2; apte cf. Nonnos Dionys. 37, 153: *Ἰσθμῖον ἡμετέροιο Παλαίμονος οἶδεν ἀγῶνα*. De cultu Palaemonis qui ad Isthmum agebatur cf. Pausanias I, 44; II, 1, 3; II, 2, 1; VIII,

48, 2; de fabula vide Ovid. Met. IV 416 sqq., Fast. VI 485 sqq. Cf. etiam Weizsäcker ap. Roscher III 1258 s. v. Palaemon; Farnell l.l. p. 39 sqq.; K. Schneider ap. P.W. IX 2248 sqq. In nummis Corinthiis ara Palaemonis depingitur. Cf. F. Imhoof—Blumer & P. Gardner: Numismatic Commentary on Pausanias (J. H. S. VI, 1885, p. 60 sqq.). **servata:** = observata; simplex pro composito. Cf. Stolz—Schmalz, Lat. Gramm.⁵ p. 548. 11. **nigra superstitio:** religio tristis (sc. Palaemonis). Ad quam vocis significationem cf. Th. XII 487: „parca superstitio” (nullo alio loco apud nostrum legitur), Verg. A. XII 817. Sine dubio poeta alludit ad cultum Palaemonis, qui in Isthmo Corinthi agebatur. De re cf. Weizsäcker ap. Roscher III 1257. Epitheton *nigra* fortasse hoc modo explicatur: heroibus ad vesperum vel noctu immolabatur. Cf. E. Rhode, Psyche³ p. 149. — Ritus sacros fieri esse solitos in adyto subterraneo Maass (Orpheus p. 133) et Bursian (Geogr. v. Grl. II, 20) docent. Cf. Th. X 135: nigrantibus antris. De vocabulo *superstitio* cf. Edw. Müller—Graupa, Glotta 19, 1931, 62 sqq. Vide etiam Heuvel l. a. ad Th. I 559. Statii pater ipse quoque poeta (Cf. P. Thomas: Le poète Stace. Gent. Discours 1904, p. 3 sq.) in ludis Isthmiis praemia meruerat. Apparet ex multis locis, qui spectant ad Inonem Palaemonemque (Th. I 12 sqq.; 120 sqq.; II 380 sq.; IV 59 sq., 562 sqq.; VII 420 sq.; IX 330 sq., X 425, XII 130 sq.; S. III, 2, 39 sq.; II, 1, 179 sq.; III, 1, 142; IV, 3, 59) poetam nostrum ab eo multa audivisse de Corintho et de mysteriis Inonis Palaemonisque ibi factis (vide Köstlin, Philologus Bd. XXV, 1876, p. 506 sq.). Quod attinet ad quantitatem litterae *o*, quae hoc loco longa est, ut Th. I 559; III 9; IV 86; VII 43, 47; X 195; XII 487, quamque poeta fere semper (exceptis sc. compluribus et nominibus graecis, e.g. Th. I 41; S. I, 5, 14: Clio; Th. VI 276: Io, et anapaestis choriambisque, et voce nostra in choriambum exeunte) in substantivis corripuit, vide Fr. Vollmer, Statii Silvarum libri p. 556; Hartenberger, de *o* finali, diss. Bonn 1911 p. 83 sqq. Etiam apud Verg. (A. VIII 187; XII 817) et Ovid. A. A. I 417 ultima syllaba huius vocis longa est. **animosa:** hoc adi. proprie pertinet ad *gemitus* (nos: hartstochtelijk rouw-misbaar). De enallage quae dicitur cf. Norden ad Verg. A. VI 2. Adiectiva in — *osus* desinentia quae in carminibus epicis Statii

occurrunt Heuvel ad Th. I 217 collegit. 12. **Leucothea**: Ad sententiam loci cf. IX 401 sqq.: „qualiter — Leucothean planxisse ferunt.” Erat nomen Inonis, matris Palaemonis, postquam de rupe in mare inter Megaram et Corinthum desiluit (Plut. symp. 5, 3, 1: ὁ Καλῆς δρόμος) et dea maritima facta est. Cf. apud nostrum S. IV, 3, 60: Inonis — Isthmos (cf. Odys. V 333 sqq.; Hes. theog. 976; Pind. Pyth. 11, 3; Schol. Eur. Med. 1282 sq.; Ovid. Met. IV 416—542). De Leucothea in nummis depicta cf. Head, Hist. num. p. 404; Imhoof-Blumer-Gardner, Numism. Comm. p. 61 sq. (J. H. St. 1885). Cf. etiam Nilsson, Griechische Feste p. 431: „die berühmteste Kultstätte der Ino war auf dem Isthmos, wo die Sage die Kadmostochter von dem molurischen Felsen ins Wasser springen lässt. Auf dem Wege nach dem Prytaneion in Megara hatte sie ein Heroon und empfing dort ein jährliches Opfer.” — Subtili modo Farnell l. l. p. 35 sqq. de Leucothea disseruit; consulas etiam Eitrem, P.W. XII 2294 sq.; Schirmer ap. Roscher II 2012 s. v. Leucothea et Palaemon apud auctores Latinos exemplum artissimi vinculi matrem inter et filium est κατ' ἐξοχήν: Verg. A. V 823, G. I 437; Ov. Met. IV 542; Cic. N. D. 3, 15, 59; Claudian. 10, 154—156 (Epithal. Honor.), Apul. Met. IV 31. Dolor Leucotheae, cuius apud poetas tragicos mentio fit, in proverbium abiit (Ἰνοῦς ἄχη, Suid. s. v.; Zenob. 4, 38; Aristid. or. 3, 42; Plut. Camill. 5; Horat. Ep. ad Pis. 123: *flebilis* Ino, Hygin. fab. 4). Cf. etiam Th. IV 59: it comes Inoas Ephyre solata querellas. **amica ad litora**: expressio compendiaria (cf. Brinkgreve l.l. p. 13) pro: ad litora quae ei amica fuerunt cum homo fuit. Cf. Stat. Achill. I 24: fluctibus invisus iam Nereis imperat Helle — Helle heerscht, thans als Nereide, over de golven, haar eens [toen zij nog mensch was] gehaat. De plurali qui dicitur poetico, cf. Norden, Aen. VI p. 408 sq.; Kroll, Studien z. Verst. d. Lat. Lit. p. 258. 12/13. **festate**: Isthmia, quae erant trieterica, mense Aprili agebantur. Cf. Christ, Pindari Carmina p. LXVI; Th. Klee, zur Geschichte der gymnischen Agone p. 53. — *Tempestatas* pro *tempore* ponitur, ut in prisca latinitate; contra ceteris locis Statianis haec vox idem valet atque *procella*. 13/14. **conclamat Isthmos** — **responsant Thebae**: per metonymiam usitatissimam pro incolis. De re cf. Clemens Alexandrinus Proptrepticus Cap. II 34

(ed. O. Stählin): Ἴσθμοῖ δὲ σκύβαλον προσέπιπυσεν ἔλεινόν ἢ θάλαττα καὶ Μελικέρτην δδύρεται τὰ Ἴσθμα, et Farnell l.l. p. 40. Vide etiam ad v. 12. **uterque Isthmos**: perperam Lachmann coniecit: utrimque; cf. Th. I 157: limes uterque poli; I 335: in mediis audit duo litora campis (sc. Isthmi); VI 675: utrumque Alpheon; Cat. XXXI 2: uterque Neptunus; Ov. Met. I 338: uterque Phoebus (oriens et occidens). 14. **Isthmos**: saepe occurrunt in Thebaide nomina Graece terminata e. g.: Alpheos (I 272), Arcetos (III 685), Myrtilos (VI 285), Euneos (ibid. 343), Tityos (ibid. 753), Hesperos (ibid. 581). Nomina urbium et insularum, si quidem significant urbes Graeciae ipsius et insulas Cycladum, ad unum omnia Graecam terminationem servaverunt. Quem usum poetae etiam ad plerasque urbes reliquas insulasque detulerunt. Vocem *Isthmos* Graece terminatam invenias: Th. I 120, II 183, IV 62; S. III, 1, 142; IV, 3, 60; Senec. Phoen. 375, Med. 45, Thy. 112, H. O. 83, Lucan. I 101. De ceteris nominibus cf. Zwiener, Bresl. phil. Abh. 9 Bd. 6 Heft. (1909) p. 130 sq. De Isthmo cf. Bursian Geogr. II p. 20 sqq.; Fimmen, P. W. IX 2256 sqq. **Echioniae** — **Thebae**: Echion unus e quinque superstitibus Spartis (Σπαρτιοῖς) idemque pater Penthei fuit. Cf. Ovid. Met. III 126. Cf. etiam Waser, P. W. V 1924 sq.; Seeliger ap. Roscher I 1213. Adiectivum *Echionius* = Thebanus saepe apud nostrum invenitur (II 90, 253, 310, 610; I 169 etc.). **responsant flebile**: per metaphoram. Cf. Ovid. Met. XI 53: respondent flebile ripae; Ovid. Rem. 36: flebile cantat amans. Contra Cic. Tusc. II 49: flebilis Ulixes lamentatur. Ad sententiam loci cf. Verg. A. XII 756 sq.: „ripaeque lacusque responsant circa.” Cum apud poetas scriptoresque pedestres, qui ante Augusti aetatem floruerunt, accusativum adiectivorum pro adverbio usurpatum rarissime inveniamus, apud poetas classicos, qui vocantur, affatim exemplorum exstat et praecipue apud Vergilium. Cf. Norden ad Aen. VI 401, 467. Etiam Statius ea figura libenter utitur: e. g. Th. VII 584: immane frementis (cf. Verg. A. XII 535: immane frementi); Th. VI 790: horrendum stridens (cf. Verg. A. VI 288: horrendum stridens); 227: multa gemunt; 429: furiale minatur; 667: grave mugit (cf. Th. X 922: arcanum mugit; XI 214: falsum mugit); Th. IV 146: mortale sonans = Verg. A. VI 50; Th. XII 55: queritur mise-

rabile; S. V, 3, 36: molle quiescis. Vide de ea re H. Priess, *Usum adv. quatenus fugerint poetae Latini quidam dactylici*, diss. Marburg 1909. Quod attinet ad sensum huius loci, notum est e Pind. Pyth. 11, 2 et Plut. apophth. lac. p. 228 E (—περὶ τῆς ἰεροουργίας καὶ τοῦ πένθους, ἦν ποιοῦνται τῇ Λευκοθέᾳ) Leucotheam, filiam Cadmi, Thebis esse cultam. Vide Schirmer ap. Roscher II 2012; Nilsson, *Griechische Feste* p. 432; Farnell l.l. p. 38 et scriptorum testimonia quae ibi enumerantur; novissime (1925) Eitrem, P.W. XII 2294. **eximii regum** = eximii reges. Quorum nomina enumerantur ad v. 38. Ad genitivi usum cf. Th. II 152: egregii iuvenum. 15. **quibus — alumnis**: quorum origine, cf. Ov. Met. IV 421: „alumno numine” quo loco aequae atque nostro vox *alumnus* vim antiquissimam participii retinuisse videtur. Vox *alumnus* saepe invenitur in exitu versus, cf. e.g. 378, 824, III 439, IV 148, 638, 779; V 54, 462, 501. **Argos**: forma Graeca, ut v. 515, IV 672; XI 211; XII 82, 549; A. I 419. Ceteris locis forma Latina *Argi* occurrit, (cf. Varro ling. 9, 89: latine Argi dicimus) qua sola Verg. utitur. Cf. Norden ad Aen. VI 840, et vide ad versum praecedentem. 16. **conexum caelo**: sc. est; *caelo* est dativus. Cf. S. I, 4, 120 sq.: conexa carinae cymba minor; II, 4, 12: conexus ebori virgarum — ordo. **caelo**: per metonymiam pro *caelicolis*. Cf. e.g. Th. I 650; S. III, 3, 1; IV, 3, 125. 16/17. **quorumque..... matres**: = quorumque ingentia nomina tellus Aonis et Tyriae matres cum suspiriis commemorant. **ingentia-nomina**: cf. de usu hyperbolico vocis *ingens* Kroll, *Studien z. Verständn. d. röm. Lit.* p. 272. **Tellus Aonis**: = Boeotia. Cf. Hirschfeld, P.W. I 2657. Adiectivum derivatum dicebatur a nomine *Ἄων*, quod erat filii Neptuni et regis antiqui Boeotiae. Nomen *Aonis* suffixum femininum Graecum *-is* pro Latino *-ia* induit, quod vox *Aonia*, quae in tribrachyn exit, in hexametro locum non habet. Cf. Th. XI 644: qualis Marathone silva, pro *Marathonia*; A. I 821: Scyreides ibant, pro *Scyriae* (vel *Scyriades*, cf. A. I 367); S. II, 2, 34: Ephyres Baccheidos, pro *Bacchicae* (vel *Baccheae*); S. IV, 4, 90: silvaque Heliconide festis, pro *Heliconia*. Quae omnia Statius ipse novavit. Sed Th. VIII 567 al. (cf. Ovid. F. I 490) *Aonius* posuit, quia metrum non vetabat; quod adiectivum iam Alexandrinis temporibus usitatum esse ex Apollonio Rhodio

(III 1179, 1185) apparet. **Tyriae:** = Thebanae. Feminae *Tyriae* dicuntur, quod Cadmus Thebarum conditor filius regis Punici Agenoris erat. Post Herodotum (Lib. II 49 in fine: *παρὰ Κάδμου τε τοῦ Τυρίου*) Cadmus semper Tyrius habetur. Cf. etiam Eurip. Phoen. 639: *Κάδμος ἔμολε τάνδε γὰρ Τύριος*. Fabulam tractat O. Crusius ap. Roscher II 825. **matres:** = feminae, ut 689; II 480; III 53, 126, 196, 377, passim. Cf. Verg. A. II 489, 797; V 622, 654, 715, 750 etc. **suspirant nomina:** cum suspiriis commemorant. Est expressio correpta. Quod attinet ad usum transitivum verbi *suspirare* cf. Tib. IV 5, 11 et Kirby Flower Smith ad locum. De verbis intransitivis cum acc. vocis similis coniunctis cf. Kühner-Stegm. II 1 § 71, 2b. Addo observationem Lactantii Placidi (ed. R. Jahnke 1898) ad locum nostrum: suspirant autem nomina, quia virtute Graecorum orbantur maritis amissis aut liberis. 18. **concurrunt..... vires:** = certant inter se et corpore nudo vires intendunt, ut proelientur. **in proelia vires:** eodem loco versus *in proelia* legitur Th. VII 21. Cf. Verg. A. IX 499: ad proelia vires. **nudasque — vires:** per figuram quae dicitur enallage adiectivi: viri enim nudi sunt, qui vires in proelia movent. His verbis poeta ad *γυμνὸν στάδιον* alludit. De talibus „ludis etymologicis” cf. Vollmer ad S. III, 2, 109; I, 1, 6; Norden ad A. VI 27; Heuvel ad Th. I 98, 327. Cf. etiam Th. VI 342 sqq.: atque omine dictus/ Euneos Argoo. Quod attinet ad adiect. *nudus* cf. S. III, 1, 152: nudosque virorum certatus; S. V, 3, 54: vis nuda virum; S. III, 1, 146 nudas palaestras; Th. IV 229: nudaeque modos virtutis; Th. I 413: nudamque lacessere pugnam. **in proelia:** Heinsius: in pulvere, quod mutari necesse non est. Cf. praeterea Th. VII 22. 19. **ceu:** comparationes a navigatione petitae crebro apud nostrum exstant: e.g. Th. I 193 sqq., 370 sqq.; II 105 sqq., 193 sqq.; III 22 sqq.; IV 24 sqq., 805 sqq.; VI 451 sqq., 799 sqq., 483 sqq.; VII 139 sqq., 791; IX 141; X 13; XI 520 sqq. Claudianus (XXXII 1 sqq.) hanc comparationem imitatus est. Etiam apud Nemesianum (Cyneg. 58 sqq.) navis describitur, quae non audens protinus mari se committere ante sinum experitur quam altum petit:

Dum non magna ratis vicinis sueta moveri
Litoribus totosque sinus percurrere remis.

Nunc primum dat vela notis portusque fideles
 Linquit et Hadriacas audet temptare procellas.

Cf. M. Kulla, Quaestiones Statianae, diss. Breslau 1881, qui uberrime de imitatoribus Statii disputavit. De Vergilii ratione comparationum adhibendarum, quem noster praecipue secutus est, vide Norden ad A. VI 270. Cf. etiam Kroll, Studien p. 165 sq., qui egit de comparationibus in poësi epica occurrentibus. Hac comparatione poeta nobis navem mercatoriam ante oculos ponere videtur. Cum naves mercatoriae velis tantum utentes proveherentur, magni momenti erat nautas peritissimos esse pandendi contrahendique vela (cf. v. 23: experta cohors). Consulas de re A. Köster, das antike Seewesen p. 167 sqq. Remi in usu non erant nisi quibus naves verterent vel in portum introducerent (v. 21 sq.: levesque — remos). Clavus semper a puppis latere pendebatur: cf. imagines 41, 42 apud Köster l. l. Comparationes nulla particula rem comparatam praeunte his vocabulis adiunguntur: ceu: Th. VI 69, 298, 522, 715; II 418; III 356; IV 95; 737; V 5, 86; VII 560, 638, 680, 709; VIII 209, 237, 392, 587 passim; qualis: I 105, II 563; III 56, 432; IV 494, 550, 782; V 11, 165; VI 665, 716 passim; qualiter: I 193, VIII 460, IX 401; quantus: I 475, III 594, X 511; quantus non: VI 806; non tantus: VI 253, VII 407, IX 437; quae tantum: VI 405; sic: II 168, IV 24, 705, 794, 805; V 330, 426, 704; VI 320, 578, 685, 799, 893 passim; non sic: VI 107, 864; IX 115; ut: I 479, II 553, 675; III 604, 671; IV 69; VI 114, 483 passim; sicut: VIII 286; velut: II 105, 411; IV 315, 363; V 723, VI 451 passim; ac velut cum: V 599; ac velut si: VII 436; non secus: II 236, III 255, VI 186, X 182, 619; XII 169; non aliter: IV 139, V 203, VI 598, VII 791, IX 27, X 246; haud aliter: III 45, 140; VI 880, XII 66; aequus: I 536, III 13; nec degener: VI 337; ocior: VI 386, 521, 602; XI 483; non ocius: III 317; non blandior: IX 329; non crebrior: VI 422; nec clarius: III 188; non fortius: VIII 82; non mollius: VI 51; non saevius: X 76; non (nec) plura: II 165, XII 478; instar: I 419; in speciem: I 485; more: V 593, VII 402, VIII 71; in morem: V 593. *ausurae*: cum audacia vecturae. De hoc usu praegnanti verbi *audere* cf. Vollmer ad S. I, 1, 85; Forbiger ad Verg. A. II 347; Heuvel ad Th. I 439. Ad loci sententiam cf. Vollmer (ad S. III, 2, 61): „die übliche Verwün-

schung der Schifffahrt — gestreift oder in besonderem Zusammenhang geändert"; Wagenvoort, *Varia Vita*² p. 184. Cf. etiam Columella I, praef. 8: „terrestre animal homo", et K. Fl. Smith ad Tibullum I, 3, 37—40 (The elegies of Tib., New York, 1913), qui multus locos collegit. **trans alti ignota**: = trans mare ignotum. Cf. Th. V 486; XII 515; Verg. A. II 203. Eodem sensu numerus singularis adhibetur: Th. IV 61; S. II, 2, 139; III, 2, 6. Cf. Verg. A. I 3. **biremes**: = naves. Cf. Verg. A. I 182: Phrygiasque biremes. Luc. III 534: ordine contentae gemino crevisse liburnae; Sil. Ital. XVII 275 sq.; Lucan. X 56; VIII 562. Vox *biremes* hoc solo loco apud nostrum occurrit et per metonymiam pro navibus usurpari videtur, quia verisimile non est poetam in hac comparatione heroica tempora ante oculos habere. Vergilius autem (A. V 119) obliviscitur Corinthios non prius quam tertio ante Peleponn. bellum saeculo prima triremes aedificasse (cf. Thuc. I, 13). Consule Ladewig-Jahn ad Verg. A. V 119. De re cf. A. Köster, das antike Seewesen p. 96 sqq., p. 104 sq.; F. Miltner, P. W. Suppl. V 939. 20. **Tyrrhenam hiemem**: talem tempestatem qualis in mari Tyrrheno fieri solet. Etiam Horatius mari Tyrrheno se credere valde periculosum esse putat (cf. Od. I, 11, 6; IV, 15, 3). *Hiems* per metonymiam usurpatur pro *tempestate*, ut Th. I 348, 370; II 144; III 26, 48, 435, 584; IV 706; VII 88, 721; IV, 308; XI 522; XII 653; S. I, 3, 95; 4, 121; 6, 23; III, 2, 44; V, 2, 5; Ach. I 54, 444, 489. Cf. Verg. A. I 122; III 195: „imber noctem hiememque ferens". Etiam in oratione pedestri, e.g. Nep. Att. X 6: qui navem ex hieme marique scopuloso servat. Cf. etiam Graece *χειμών*. **stagna Aegaea**: mare Aegaeum. Cf. Th. VII 718; Verg. A. X 765: Nerei stagna. Maris tumultus et tempestates plerumque ita describuntur, ut pro mari universo partes maxime infestae naufragiisque famosae ponantur: Th. II 105 sq.: magnum Ionium; III 23: fluctibus Ioniis; VI 52: trucis Ionii rabies; III 433 sq.: magnoque Aegaeo; III 594: Tyrrheni gemitus salis; IV 805: Ambracii ponti; X 623: Libyco ab aestu. **laccessant**: PC; **laccessunt**: ω. Lectio rarior Puteanei praeferenda est. Est coniunctivus potentialis; de hoc usu cf. Stolz—Schmalz, Lat. Gramm.⁵ p. 780. Quod attinet ad coniunctionem *stagna laccessant* cf. Hor. Od. I, 35, 7 sq.: quicumque Bithyna laccessit Carpathium pelagus

carina. seu hiemem seu stagna lacessant: zeugma. — Sententia loci est: sive procellae iis tolerandae sunt sive mari tranquillo utuntur. 21. **tranquillo** — **lacu**: poeta his vocibus non quemvis lacum designat sed sinum profundum et tutum a fluctibus vehementibus, ut sinus cui nomen est Crater qui est ad Neapolim; quae urbs patria fuit poetae nostri. Quo in sinu Statium saepe nautas se exercentes vidisse verisimile est. Adiect. *tranquillo* sensu proprio usurpari videtur. Cf. Muller, Altital. Wörterb. s. v. tranquillus. — Hanc interpretationem iustam esse etiam demonstrant quae infra (v. 23) leguntur: „pontum inrumpere — longius”. Cum significatione vocis *lacus* supra tractata apte comparetur *lacuna* et vox Italica *laguna*. Bene vertit Imhof (Statius, Lied v. Theben, 1885): So, — prüft man vorher auf ruhiger Bucht das Steuer u. Tauwerk, contra Mozley (Loeb 1928): „lake” et Bindewald (ed. Langenscheidt): „See”, quibus interpretationibus non adstipulor. **arma**: = armamenta, ut saepe. 22. **explorant**: sintne apti temptant. Eundem sensum praegnantem verbum habet apud Verg. A. IX 169 sq.: portas explorant = claustrorum obicium compagium firmitudinem examinant. **ipsa pericula discunt**: Hic locus non sine difficultatibus est: quomodo enim in sinu tranquillo navigantes nautae pericula discere possunt? Mea sententia vocem *periculum* significationem antiquissimam sc. *temptationis* habere verisimile est. Ad quem vocabuli sensum cf. e. g. Ter. Eun. 476, Cic. in Caec. Div. c. VIII. Cf. F. Muller, Altital. Wörterb. s. v. periculum. Etiam animum attendas ad verbum *experta*, quod sequitur: de quo Statii amore etymologiae cf. ad v. 18. Quod ad versus formam attinet: v. 22, 107, 116, [229], 345, 403, 414, 499, 511, 527, 534, 571, 586, 594, 749, 779, 785, 789, 815, 888, 901, 903, 926 in initio et in fine verbum habent; v. 148, 174, 490, 511, 641, 671, 746, 768, 810 etiam homoioteleuton praebent. Cf. e. g. v. 148: *credo sinus fidos altricis et ubera mando*. Vide etiam Norden Verg. Aen. VI p. 392 sq. 23. **experta**: sc. est. Saepe in perfectis passivi noster verbum *esse* omittit. Cf. Th. VI 58, 64, 94, 115, 121, 135, 176, 200, 201, 237. 23. **cohors**: = turba navalis. Cf. Verg. A. III 563. **fretae**: omititur *sunt*. Cf. Th. II 539: quo duce freta cohors. **pontum inrumpere**: Cf. Th. IX 343: „altrices inrumpis aquas.” Barthius

ad locum nostrum: non enim sine impetu mare ineunt navigia. **inrumpere fretae:** *fretus* construitur c. inf. per analogiam adiectivorum *paratus, certus, avidus, contentus etc.* (cf. βραδὺς λέγειν talia). Vide de re Stolz—Schmalz Lat. Gramm.⁵ 1928 p. 579. 24. **ereptasque oculis — terras:** Hisce verbis nautarum antiquorum metus maris alti expressus esse videtur. Cf. Verg. A. III 192 sq., V 8 sq.; Lucr. IV 436; Hor. Od. III, 27, 31; Ovid. Trist. I, 2, 23; Sil. Ital. III 157, cf. Vollmer ad S. III, 2, 79. — Romanorum naves mercatoriae stabiles erant, transtris perpetuis constratae, ad maris usum aptissimae. Qua de causa maris itinora longinqua faciebant, immo compendia viarum iis in usu erant, longe aliter atque navibus longis quae leviter constructae et a remigibus promotae semper litus tenebant. (Cf. Köster, das antike Seewesen p. 186 sq.).

vss. 25—53. Hora matutina duces Argivi ad regiam Lycurgi patris Opheltis adeunt. Adrastus Lycurgum consolatur. Cf. Verg. A. XI 182 sqq., quos versus Statius diligentissime persecutus est. Cf. etiam Ilias XXIII 109 sqq. 25. Solis orientis cadentisve descriptionem Statius in deliciis habet: cf. Th. I 336 sqq.; II 527 sq.; III 407 sqq.; V 177 sqq.; VII 470 sqq.; VIII 271; X 1; XII 1 sqq., 50 sqq., 228 sqq., 563 sqq. Qua in re Statio convenit cum ceteris poetis aequalibus suis, e quibus prae ceteris Montani Iulii Seneca mentionem facit (Ep. 122, 11): „recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta — ortus et occasus libentissime inserebat.” Vide inprimis Weinreich, Senecas Apocolocyntosis (1923) qui enumerat multas περιφράσεις temporum diei vel anni. Descriptionem solis orientis cadentisque cum rebus congruere ut apud Vergilium (cf. Heinze, Virgils epische Technik³ p. 366 sqq.) putandum non est. **laboriferos:** P ω ; Lachmannus male coniecit: ubi roriferos. Sed cf. Verg. A. XI 182 sq. (vide supra). Quem locum et ipse respiciens recte Damsté (Mnem. 1908 p. 389 sq.) haec scribit: „(Lachmann) sine causa locum nostrum vexavit. Statius enim epitheto *laborifer*, quod apud Ovidium (Met. IX 285) et in Silv. IV, 6, 26 idem est quod *laborem perferens*, novam vim subiecit, ut Vergilianum illud novaret (Aen. XI 183), postquam ipse de Somno

iam cecinit (Th. I 341): grata laboratae referens oblivia vitae." Quod attinet ad vocem *laboriferos*, Statius identidem utitur adiectivis compositis (vide ad v. 1 *multivago*) et adiectivis in *-fer* et *-ger* syllabas exeuntibus, quae omnia enumerat B. Deipser (Diss. Phil. Argent. 1881 vol. V p. 217 sqq.). — Apte cf. Seneca solis ortum describens: Labor exoritur durus et omnis/agitat curas aperitque domos (H. F. 137 sq.). **caelo**: est dat. finalis. Cf. Verg. A. II 688: caelo palmas cum voce tetendit; ibid. II 250: ruit Oceano nox; V 451: „it clamor caelo". Quam vocem Statius in locum Vergilianum supra laudatum inseruit: Aurora interea miseris mortalibus almam extulerat lucem referens opera atque labores. **Tithonia**: sc. coniunx = Aurora, ut Th. XII 3; S. I, 2, 45; IV, 6, 16; V, 4, 9; Val. Flacc. I 311; III 1. Contra Verg. A. VIII 384: Tithonia — coniunx; Ovid. Fast. III 403: Tithonia coniunx; Sil. Ital. I 576: Tithoni coniunx. Cf. Rapp ap. Roscher I 1261 sq.; Joh. Schmidt ibid. V 1022. — Idem suffixum femininum Latinum *-a* huius nominis occurrit: Th. XII 3; S. IV, 3, 151. Sed. S. V, 1, 34: *Tithonida maesti deficient* novavit metri causa suffixum femininum Graecum *-is* adhibens. 26. **extulerat**, sequitur imperfectum *fugiebat* et praesentia *mugit, frangunt, multiplicant*. Qua in re poetam non temere grassatum esse demonstravit Brinkgreve (Statii Achilleis Verklaring p. 8). Plusquamperf. quae antea facta sunt describit, imperf. ea quae res factas consequuntur, praesentia res ipsas, ut si poeta et auditores ipsi adsint. **vigilesque — habenas**: est obiectum verbi *fugiebat*, usurpaturque per metonymiam pro: habenas quae sunt in manibus deae mortales e somno excitantis. Adiect. *vigil*, quae vox proprie pertinet ad deam, transfertur ad habenas equorum Aurorae. **deae pallentis**: Aurorae. Cf. Th. II 333 sq.: primo — Aurorae pallore; Verg. G. I 446 sq.: pallida — Aurora. Loco nostro adiect. *pallens* non vim luminis designat sed colorem neque discrepat cum adiectivo *clara* (v. 25). De vi vocis *pallens* cf. H. Blümner: die Farbenbezeichnungen, Berl. Stud. f. cl. Ph. u. Arch. 13 Bd 3 Heft, 1892, p. 93. Vocem *pallens* Statius metro pressus adhibuit: *pallidae* enim rhythmum hexametri obluctatur (cf. VI 210; 393; VII 653, VIII 1, II 48, III 303, IV 525; S. V 1, 27). Eodem modo poeta usurpavit pro *algidis*: ripis argentibus (S. I, 3, 44); pro *aridas*: arentes — ripas (Th.

I 39; V 522, IX 499); pro *caliginosus*: caligantes — Mycenae Th. I 325; pro *fervido*: ferventi durescunt — limo Th. IV 701; pro *lividas*: liventisque manus Th. II 514; S. V, 5, 12; pro *puberes*: pubescentes — anni Th. IX 765; pro *squalidas*: squalentes nectat tunicas Ach. I 432; pro *umido*: umentis carpens — oscula vultu (Th. III 711; V 177; IX 454; X 148; Ach. II 1; S. III, 1, 145). De re vide: H. Schubert, de Statii artis grammaticae et metricae ratione. Diss. Gryphiswaldensis 1914 p. 17 sqq. 27. et **Nox et**: de ea monosyllaborum coacervatione a poetis plerumque evitata et a Quintiliano (IX, 4, 92) vituperata cf. Norden ad Verg. A. VI 791; Heuvel ad I 415. **Nox et Somnus**: abundant Statii carmina rebus abstractis in deos conversis e. g.: Ardor (IV 662), Clementia (XII 482), Decor (II 287), Discordia (II 288, V 74; VII 50), Dolor (II 288), Fides (XI 98), Fuga (X 559), Furor (III 424, IV 661; V 74; VII 52; X 558), Ignavia (X 90), Impetus (VII 47), Insidiae (VII 50), Ira (III 424; IV 661, IX 833, II 287, VII 48), Iustitia (II 360), Luctus (II 287, III 126), Metus (IV 662, VII 49) et multis aliis. Plurima inveniuntur in nummis aetatis imperatoriae. Cf. e.g. Bernhart, Handbuch zur Münzkunde der röm. Kaiserzeit 1926 (Index); Mattingly — Sydenham: The Roman imperial coinage Vol. I (1923) p. 253., Vol. II 1926 p. 515. Cf. etiam H. Usener, Götternamen p. 364 sqq.; H. L. Axtell, The deification of abstract ideas in Roman Lit. & Inscr. Diss. Chicago 1907 (Index); Wissowa, Rel. u. Kult d. Röm. 2 1912 p. 327 sqq. Addam verba insignia Welckeri (Kleine Schriften I p. 399) de Statio disserentis: Mag manches einzelne von Griechischen Vorgängern entlehnt sein, es verschwindet gegen die vorherrschende römische Götterpoesie, gegen die grosse Rolle der Tisiphone, des Bacchus, des Mars, und der Bellona und diese vielen langweiligen Götter von dem Geschlechte derer auf den römischen Münzen, Virtus, Fortuna, Ira, Pavor und Furores, Quies, Oblivio and Ignavia und so manches, was durch den in den römischen Malereien der Zeit herrschenden Geist weit mehr als durch das altgriechische Epos Aufklärung erhält. **Cornu fugiebat Somnus inani**: Cf. Th. II 143 sqq. illos — fessos — cornu perfuderat omni/ Somnus; V 199: Somnus et implacido fundit gravia otia cornu; X 111: haec (sc. manus Somni) cornu

oblita remisit. Etiam Val. Flacc. VIII 72 et Sil. Ital. X 352 sq. Somno cornu tribuunt, ex quo papavera soporifera fundit. **Somnus:** imaginem Somni cum cornu invenias ap. A. Springer, die Kunst des Altertums¹² p. 371. Cf. etiam Sauer ap. Roscher I. p. 2850 s.v. Hypnos; Furtwängler, Urlichs, Denkm. Griech. u. Röm. Skulptur³, 1911, p. 94 sqq.; inprimis cf. p. 95., quo loco legimus: Eine zartgebildete, fast noch knabenhafte Gestalt von reifender Schönheit schwebt in der Stille der Nacht durch die Lüfte über die Erde dahin —. Mit dem Oberkörper nach vorwärts gebeugt, neigt sich Hypnos leise auf die Menschen nieder, um schlafspendenden Saft über die Augen zu träufeln und mit schlummerbewirkendem Mohn die Schläfen zu berühren. De Somno cf. etiam Kirby Flower Smith ad Tib. II, 3, 89; Jolles ap. P.W. IX 323 sqq. Poeta Somnum a Sopore disiungere videtur; cf. Th. II 59 sq.: Sopor/ — Noctis agebat equos; XII 307 sq.: „hunc quoque, qui curru madidas tibi pronus habenas/ ducit, in Aonios vigiles dimitte Soporem.” Saepe *Somno* apud poetas indicatur somnus animum recreans, *Sopore* somnus sopiens (e.g. Verg. A. VI 278 et Norden ad. l., Sen. Herc. F. 690, Herc. Oet. 650). Cuius sensus testimonium quoque est quod *sopor* inter prosopopoeias, ut Luctus, Cura, Morbus, Senectus, Letus enumerari solet. Cf. v. Essen, Did Orphic influence exist (diss. Ultraiect. 1927) p. 64, 3. Sed multis locis haec nomina promiscue usurpata esse apparet, e.g. *sopor* pro *somno*: Verg. Ecl. V 46; G. IV 190; A. II 253, 511; VIII 27.; Sen. Hipp. 100; Herc. Oet. 1429.; Propertius I, 3, 45.; Claud. in Ruf. II 325. 28 sq. **gemitu iam regia mugit/ flebilis.** Cf. VIII 272 sq.: „sensit — cavam — Oceani mugire domum”. Loco nostro poetam secutum esse apparet Verg. A. XI 38: „maestoque immugit regia luctu”; cf. XII 722: „gemitu nemus omne remugit”. De *U* soni apud poetas artificio cf. Norden, Verg. A. VI p. 417. *Mugire* dicuntur non solum vaccae sed etiam tubae (e.g. Verg. A. VIII 526: Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor; Lucr. IV 543: cum tuba depresso graviter sub murmure mugit), venti (Hor. Od. III, 29, 57: si mugiat Africis malus procellis), loca cava: Lucr. III 418: saepe cavas motu terrae mugire cavernas; Verg. A. III 92: mugire adytis cortina reclusis, II 486 sqq., quo loco *cavae aedes* in eodem

contextu occurrit; Sen. H. F. 521: Cur mugit solum?, *ibid.* Tro. 171 sq.: cum subito caeco terra mugitu fremens/ concussa. **regia — flebilis**: per metonymiam pro hominibus maestis qui in regia habitant. 29. **nemora avia**: cf. II 79: nemorosa per avia; Verg. A. VII 580: nemora avia. Adiectivum *avius* a nostro saepe usitatum idem valet atque *remotus* (Th. I 579, II 79; IV 124, 567, 713, 719; VI 598, IX 172, X 389, XII 143). 29 sq. **frangunt multiplicantque sonos**: ad quem usum verbi *frangere* cf. S. IV, 3, 63: echon simul hinc et inde fractam; Verg. A. III 556: fractasque ad litora voces. Cf. etiam Plin. Nat. hist. 36, 15, 23: Turres septem acceptas voces numero repercussu multiplicant. 30 sq. **ipse — genitor**: i.e. Lycurgus, pater Opheltis „ductor Nemeae” (Th. V 733). Cf. Apollod. 1, 9, 14; 3, 6, 4.; Paus. 2, 15, 3. Vide etiam Rapp ap. Roscher II 2204, s.v. Lykurgos. Vss. 30, 31, 32 sic interpretandi sunt: pater ipse sedet sine honorificis vittis et squalido vultu incultaque barba, sparsus pulvere luctus indicio. **exutus honoro/vittarum nexu**: A lugentibus omnis ornatus ponebatur. Cf. de re J. Kirchmann, de funeribus Romanorum 1672, p. 200 sqq.; Blümner, Röm. Privat-Altert.³ p. 497. De Baccho tristi dicitur (VII 149 sqq.):

non crines, non sarta loco, dextramque reliquit
thyrsus, et intactae ceciderunt cornibus uvae.
ergo ut erat lacrimis lapsoque inhonoris amictu
ante Iovem — constitit.

Cf. etiam III 567: abiectaue inhonoris fronde sacerdos; XI 460 (sc. Pietas): sed vittis exuta comam; S. II, 1, 26: et nunc, heu, vittis et frontis honore soluto; S. V, 5, 28: „sed nec solitae mihi vertice laurus/ nec fronti vittatus honos”, et Vollmer ad l. Alii loci infra sequuntur. Lycurgus „adventans Persei vertice sancto/ montis” (V 640 sq.), ubi Iovi sacrificaverat, Ophelten vita decessisse acceperat. Qua de causa vittis indutus fuerat. Quod apparet ex carmine V 668 sq., ubi legimus: „veritus commercia vittae/ Amphiaraus ait”. 30. **exutus**: participium *exutus*, quod vim medialem habet, (cf. Stolz-Schmalz Lat. Gram.⁵ p. 543 sq.) h. l. cum abl. separat. construitur, ut *orbatuus*, *privatus* etc. Cf. S. II, 5, 22 (de leone mansueto): solitoque exutus honore; II, 6, 60: divitiis censuque

exutus opimo. Cf. etiam Th. IX 163: exutum diademate crines; XI 460: vittis exuta comam. — Loco nostro opponitur Th. XII 65: pacifera lauro crinem vittisque decorus. **honor:** active = honorificus, ut II 629; IV 230; non passive = honoratus (cf. V 40). 31. **squalentiaque ora:** est acc. part. Cf. Ovid. Met. IV 656: squalentia protulit ora = Tristia III, 10, 9. De voce *squalens* cf. Gell. N. A. II 6, 19—25. 32. **sparsus..... incultam barbam.** Cf. Ovid. Trist. I, 3, 93 sq.: foedatis pulvere turpi/ crinibus. **ferali pulvere:** De noto illo more veterum in magno luctu crines adspergendi harena cf. Hom. II. XVIII 23 sq., XIV 163 sq., Odys. XXIV 316 sq.; Verg. A. X 844, ibid. XII 611 (ad quem locum cf. Forbiger); Catull. LXIV 224 (cf. Baehrens et etiam Riese ad l.); Ovid. Met. VIII 529. Vide etiam Kirchmann l.l. p. 177 sq.; Kübler, P. W. XIII 1698 sq. s.v. luctus. 33—35. Cf. Lucan. II 23 sq.: nec mater crine soluto/ exigit ad saevos famularum bracchia planctus. Similiter Th. VI 219: quater mollem famularum bracchia planctum. Ad quem locum cf. Verg. A. XI 188 sqq. 33. **planctus egressa viriles:** = superans, vincens planctus virorum. Cf. X 834: virtus egressa modum; XI 35 sq.: tener conatibus annos/egreditur; S. I, 3, 110: finem Nestoreae precor egrediare senectae. De constructione verbi egrediendi cf. Heuvel ad Th. I 534. De feminarum immodico planctu fuse Kirchmann l.l. p. 167 sqq. egit. Cui rei iam leg. XII tab. occurrerunt: mulieres genas ne radunto. 34. **exemplo famulas premit:** incitat famulas multa querens quae imitentur. Cf. Sen. H. F. 736: suoque premitur exemplo nocens. **volentes:** famulae iam ipsae lamentabantur. 35. **orba parens:** Eurydice, de qua cf. Stoll ap. Roscher I 1422 s.v.; Kern, P.W. VI 1325. **prorumpere:** ita P, procumbere *ω*. Klotz adnotat: hoc Garrodus praetulit, illud quodammodo duas notiones in se continet et defenditur opposito *refertur*. 35 sq. **lacerasque — relliquias:** cf. V 650 sq.: laceras — exsequias (sc. Opheltis). Apud poetas, ut syllaba prima producatur, *l* geminari solet. Cf. II 508: relliquias amplexa; I 277, IV 675, VIII 726, X 766, XI 566, XII 23. Cf. etiam Verg. A. I 30: relliquias; ibid. II 151: relligio. Qua de re cf. J. P. Postgate, Prosodia Latina, p. 54. **procumbere — ardet:** *ardere* c. inf. construitur per analogiam verbi cupiendi. Cf. Verg. A.

IV 281: ardet abire fuga; I 514 sq., 580 sq.; II 105 passim; Ovid. Met. V 166: et ruere ardet utroque. Apud nostrum: Th. VII 724, V 402, IV 649, VI 520, Ach. I 787. Mortuis amplexus (S. II, 1, 22; V, 1, 194; Th. XI 600, XII 318, 388) oscula (S. II, 1, 172; III, 3, 177; V 1, 200; Th. XII 27, 319, 417, 802) necessarios dare identidem Statius dicit. Cf. etiam S. II, 1, 24 et III, 3, 9: complexumque rogos; V, 5, 55: busta Lini complexus. 36. **totiensque avolsa refertur**: Compluribus locis poeta commemorat matrem vel patrem vi tantum a reliquiis nati abreptum: X 816; XII 104; S. V, 3, 241. Huic loco πάθος quoddam inesse manifestum est, cf. Verg. A. VI 32 sq.: bis conatus erat casus effingere in auro; / bis patriae cecidere manus; Ovid. Met. VIII 462 sq.: tum conata quater flammis imponere ramum / coepta quater tenuit. 37 sqq. Cf. Verg. A. XI 36 sqq. et etiam Val. Fl. III 289 sqq. 37 sq. **dignis/ vultibus**: vernacule: wier gelaatsuitdrukking in overeenstemming is met de droeve omstandigheden. Cf. Lactantius Placidus ad l.: *dignis* dixit pro aptis temporibus ac per hoc lacrimantibus. Statius saepe adiectivo q.e. *dignis* absolute usus est, e.g. Th. I 73: exaudi, si digna precor; XII 80: quae digna tibi sollemnia quasve/ largiar exsequias?, 122: digno plangore; 799: dignis conatibus. **maerentia — limina**: per metaphoram pro *domus maerentium*. *Limen* per synecdochen cui nomen est „pars pro toto” cum in singulari numero (Th. II 363, VII 17, IX 818, XI 581, 732, 756; A. I 171; S. III 1, 8 sq.) tum in plurali numero (Th. II 65, 293; III 688, IV 429, VII 162, X 211, 572; XI 352, A. I 74; S. I, 2, 233) ponitur pro *domus, aedes*. 38. **Inachii — reges**: Hoc nomine (cf. III 533, V 672, VII 145, 458; VIII 318, X 728, XI 173, Verg. A. XI 285 sq.) comprehenduntur omnes principes, qui expeditionem in Thebas susceperunt, non solum Adrastus rex Argorum, Amphiarus vates, Capaneus (cf. VI 732: Argolicus Capaneus), qui Argivi sunt, Hippomedon „cui gentis origo Mycenae Argolicique lares” (IX 514), sed etiam Parthenopaeus Arcadius (est apud Paus. IX, 18, 6 frater Adrasti, sed apud nostrum, ut apud tragicos: Aesch. Sept. 533 sqq., Eurip. Ph. 145 sqq., Suppl. 888 sqq., filius Atalantae), Polynices Thebanus, Tydeus Aetolus (VI 835). Item usurpatur *Inachus*, quae forma adiectivi apud poetam

nostrum primum occurit (VIII 363) et *Inachidae* (Th. III 366, cf. VI 3, passim). **penetrarunt**: sic in Aeneide (XI 36 sqq.) Aenea ingresso Pallas denuo defletur cf. Servius ad l. cit. 39. **Ceu nova tunc clades**: sc. esset. Eandem duram omissionem invenimus Th. I 573 sq.: felix, si Delia numquam / furta (sc. esset) nec occultum Phoebosociasset amorem! Ad loci sensum cf. Th. III 122: ceu nulla prius lamenta. 39 sq. **primo saucius — vulnere**: sc. esset. *Primo vulnere* est idem atque *recenti vulnere*. 40. **letalisve — serpens**: letum afferens, i.e. serpens qui Ophelten occidit. Apud alios *letalis* semper dicitur de rebus inanimis, ut Ovid. Met. XIII 293: letalis ensis; II 827: letalis hiems; Val. Flacc. II 155: letalesque dapes; Verg. A. IV 73: letalis arundo. De re cf. Th. V 505 sqq. et ad v. 2. **letalisve inrumperet**: supplendum est: *tunc primum*. 41 sq. **sic alium..... congeminant**: sic, quamquam fatigatae sunt, acriore studio plangunt pectora et alium ictum ex alio sibi impingunt. Cf. Val. Flacc. IV 71: congeminant amnes rupesque fragorem. Vide ad v. 33. 41. **alium ex alio — fragorem**: nos: „de eene slag na de andere”. Eam iuncturam non solum in oratione pedestri (e.g. Cic. Fam 9, 19: me cotidie aliud ex alio impedit; de Leg. I § 14; ad Att. 9, 10, 2; 16, 14, 3.; Liv. VII 39.) sed etiam in poesi invenimus: Ter. Heaut. 598: ut aliud ex alio incidit; Eun. 631: aliam rem ex alia cogitare; Lucr. I 263, IV 821; Verg. G. III 65, catal. 9, 53; Ciris 364; Ovid. Met. XV 253; Manil. I 90; Sen Ag. 62. Vocabulum *fragor* sonos cuiusque modi indicat, cf. v. 117, 218, 601, 882; Th. I 119; III 26, 124, 669; V 337, 388, 393; VII 123, 797, 815 passim. 42 sq. **integratoque..... fores**: domus plena instaurati clamoris resonat (cf. v. 46: conticuit stupefacta *domus*). Ponitur vox *fores* per synecdochen quae est „pars pro toto” (cf. limen v. 38) pro *domus*, ut VIII 199. Cf. Prop. I, 3, 35 sq.: clausis expulit e foribus. Alia interpretatione, quae nescio an melior sit, voce *fores* intelleguntur fores proprio sensu, ut Mozley vertit: the doors re-echo with the new-kindled wailing. 42. **congeminant**: = hoc puncto temporis geminant. Vim actionis subitae verbis cum praepositione *cum* (et etiam *ob*, *ex*, *ad*, *re*) compositis tribuendam esse Barbelenet nos docuit (Vide v. Wageningen, Neophilologus 1921 p. 255 sqq.).

integratoque: simplex *integrare* pro composito *redintegrare* (cf. VIII 657; V 30; XI 329; S. V, 3, 22). Cf. Verg. G. IV 514 sq.: miserabile carmen/ integrat; Lucr. I 1026: integrent amnes; II 1146: „integrare novando”, et auctores qui floruerunt post aetatem classicam, e.g. Liv. I 29; VII 7; Tac. H. IV 81. **resultant — clamore fores:** Cf. Verg. A. V 150: pulsati colles clamore resultant; VIII 305: consonat omne nemus strepitu, collesque resultant; XII 607: resonant late plangoribus aedes; G. IV 50: vocisque offensa resultat imago; ad quem locum cf. Forbiger. Cf. etiam Hor. Sat. I, 2, 129: pulsa domus strepitu resonet. 43. **accensae clamore fores:** per metaphoram pro *impletae*. Cf. V 553: incendit clamore nemus; VIII 263 sq.: illum aereus undique clamor / Thebanique urunt sonitus. Apud Verg. iam legimus: A. IX 500: incendentem luctus; X 895: clamore incendunt caelum (cf. Forbiger et Ladewig-Jahn ad locum); XI 147: incendunt clamoribus urbem. **Pelasgi:** vox ponitur in Thebaide pro Argivis, in Achilleide pro Graecis. 43 sq. **sensere..... invidiam:** vernacule: voelden het verwijt, de beschuldiging. Eodem sensu vox *invidia* apud auctores oratorios occurrit, e.g. Cic. Verr. V § 19: „ut ex eo crudelitatis invidiam colligam”, et identidem apud Quintilianum e.g. Decl. mai. II § 13 (p. 31 ed. Lehnert), I § 16 (p. 18), V § 13 (p. 100), X § 9 (p. 196), XVI § 6 (p. 295), XVII § 7 (p. 307), XIX § 4 (p. 340), § 10 (p. 345), § 14 (p. 350). **sensere:** De prisca perfecti forma in *-ere* exeunte quae in hexametro habilior erat quam forma — *erunt* cf. Ernout-Meltzer l.l. p. 169; Stolz-Schmalz p. 338. Vide Lactantium Placidum ad l.: agnovere Argivi lamentationis augmento sibi imputari causam mortis Archemori. 44. **excusant crimen:** i.e. excusant se de crimine, innocentiam ostendunt. **obortis:** eadem clausula invenitur apud Verg. A. XI 41, IV 30; Ovid. Met. I 350, IV 684; Val. Flacc. VII 258. Cf. etiam Sidonius c. 5, 350. 45. **datum quotiens:** cum Adrasto potestas data est. Lamentatio plus quam semel facta esse videtur. Cf. etiam imperf. *redibant* (v. 50). **intercisoque tumultu:** = intermisso tumultu. Cf. II 184: non fugeret diras lux intercisiva Mycenae. Cf. etiam Claud., In Prob. et Olyb. cons. 172: intercisiva dies refugos vertetur in ortus. **interciso:** est verbum antea a solis scriptoribus solutae

orationis usurpatum, ut adnuntiare (VII 457), aestivare (V 16), deculcare (I 623), deiungere (IX 424), desecrare (IX 586), detumescere (III 259), efflorescere (X 807), inluminare (X 603), praevalere (XI 111) (Vide de re: Schamberger op. cit. p. 323 sqq.). 46. **conticuit stupefacta**: per metaphoram. **domus**: per metonymiam usitatissimam pro iis qui in domo habitant. **Adrastus**: rex Argorum, septem ducum princeps, „medio de limite vitae in senium vergens” (I 391). Mores eius — appellatur mitissimus I 448, mitior V 668, mitis VII 537, XI 110 — bene describuntur a v.d. Legras (op. cit. p. 219). Cf. Glaesener, Les caractères dans la Thebaïde de Stace, Musée Belge III p. 108 sq.; Stoll apud Roscher I 78 sqq., Bethe apud P.W. I 411 sqq. 46 sq. **solatur Adrastus/ adloquiis**: solans adloquitur. Cf. V 83 sq.: solantia miscent conloquia; XI 196 sq.: coepert — mulcere furentem adloquio; Apul. Met. IV 24: anui praecipunt, adsidens eam blando..... solaretur alloquio. — Sequuntur dicta consolatoria solita *λόγον παραμυθητικοῦ*. Cf. de re R. Volkmann, die Rhetorik der Gr. u. Röm.² p. 358. 47. **fata recensens**: exponens. Cf. Verg. A. VI 682 sq.: recensebat numerum carosque nepotes / fataque. 48. **resque hominum duras**: sors humana apud nostrum persaepe dura appellatur; cf. v. 325: durae Parcae; III 205: sic dura Sororum pensa dabant; ibid. 491: duris sedet haec sententia Parcis; VII 774: immites scis nulla resolvere Parcas stamina; S. II, 3, 75: hoc illi duras exoravere Sorores; V, 1, 156 sq.: tenduntur dura Sororum/ licia; Ach. I 519 sq.: dura Sororum/ licia. **inexorabile pensum**: = fatum, per metaphoram. De sensu proprio huius vocis cf. K. Fl. Smith ad Tib. I, 3, 87. Consule etiam Peter ap. Roscher I 1446 s.v. Fatum. Cf. ad. v. 160. Cf. S. III, 3, 172 sq.: et inexorabile pensum/ deficit; Th. I 5: inexorabile pactum. Sequitur poeta opinionem vulgarem. Cf. etiam Verg. G. II 491: inexorabile fatum (= ineluctabile fatum A. VIII 334). Non sine causa et cum affectu aliquo hac voce sex syllabarum ex parte pedem tertium et totum pedem quartum et quintum complente poeta utitur (Vide Norden ad. A. VI 27). Cf. etiam ad. v. 103. 49. **aliam prolem**: Vide adn. Vollmeri ad S. II, 6, 103: Der Gedanke (sc. alium filium patri nasci posse) erinnert an den τόπος bei Dionys. μεθ. ἐπιταφ.

28, 12, wo die Väter getröstet werden, sie könnten noch neue Kinder bekommen. Addo: Thuc. II c. 44 § 3: *καρτερεῖν δε χρῆ και ἄλλων παιδων ἐλπίδι οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιῆσθαι.* Reussner (de Statio et Euripide, diss. Halle 1921) ad hunc locum duos versus contulit tragoediae c.t. „Amphiaraus” Euripidis (frg. LX 90 sq.): *ἔφν μὲν οὐδεις ὅστις οὐ ποιεῖ βροτῶν/θάπτει τε τέκνα χάτερα κῆται νέα.* **numine dextro:** vernacule: onder gunstige bescherming van een godheid. Cf. S. I, 2, 32: *permissaque numine dextro / vota paves;* I, 4, 66 sq.: *nam neque plebeiam aut dextro sine numine cretam / servo animam;* Th. II 152: *non sine numine,* cf. Verg. A. II 777: *non haec sine numine divum eveniunt.* Adiectivum *dexter* idem valet atque *propitius*, cf. e.g. Th. III 454: *dexter Apollo* (*ω*, pronus P.); S. V, 1, 13: *dexter Apollo;* Th. XI 50: *dextri Mavortis;* XII 464: *dextra Pallade;* S. V, 1, 71 sq.: *dextros—deos.* De notione voci *dexter* subiecta cf. Pease ad Cic. de Div. I 12: cf. Bouché—Leclercq, Hist. de la Divination 4 (1882) 21, 1; also Frotheringham in Amer. Journ. of Arch. 21 (1917) 55—76, 187—201; 313—336; 420—448; on p. 60 he gives a catalogue of countries which employed southern „orientation” and considered the left as „lucky” and those using a northern „orientation” and considering the lucky side as the right”. 49 sq. **mansuraque — pignora:** per metonymiam usitatissimam pro *mansuros liberos*. Cf. e.g. v. 180, 394, IV 564, I 87; Ovid. Met. XI 542, III 134. **mansuraque:** — *que* epexegeticum. 50. **nondum orsis modus:** = *nondum dicendi finem fecerat.* *Modus* usurpatur pro *finis*, ut III 717, IV 18, V 195 sq., V 420, VII 161, XII 573, passim. 51. vss. 51—53 omisit P.: *alia manu post ascriptum est: „deficiunt tres”,* neque a Lactantio agnoscuntur. Quos versus iniuria habent in subditivorum numero Quiet, O. Müller, Kohlmann, Garrod. De re vide Klotz, Hermes 40 (1905) p. 354 sq. Comparatio ipsa satis commoda et elegans est; praeterea frequenter poeta docet maerentes tanto dolore affectos esse, ut surdis auribus neminem, qui eos consolari cupiat, audire velint (cf. S. II, 1, 7; V, 1, 19; Th. X 818.). Quam ob rem poetam his versibus privare nolo: scribam cod. P hos versus per errorem omisisse verisimile est. Contra vide etiam ad. v. 79, 88, 227, quibus non solum P

sed etiam B¹ vel alii codices nonnullos versus omiserunt. Vss. 51, 51, 52 sic interpretandi sunt: ille quoque verba benigna eius non mitius audit quam acris tempestas mare Ionium eruens curat vota virorum ponto exclamata aut vaga fulmina tenues nimbos curant. — Tertium comparationis est magnitudo doloris ventique. **quoque:** recte Klotz sic interpretatur: (Hermes 40, 1905, p. 355) etiam si pergere loqui potuisset, Lycurgum non movisset: ille enim „non audit adfatus amicos”. **trucis Ionii rabies:** omissum est maris. Cf. I 701 (vide Heuvel ad l.), II 105 sq., VI 307, III 433 sq., Ach. I 35. Vide etiam ad v. 20. Mare Ionium periculosum habitum esse etiam e S. IV, 4, 99 sq. apparet: „fluctus an sueta minores / nosse ratis nondum Ioniis credenda periculis?” Praeterea cf. Th. III 22 sqq.; II 729: Ionias—procellas. *Rabies* saepe ad vim et impetum maris transfertur. Cf. Val. Flacc. VI 355: pelagi rabies; Verg. A. V 802: compressi et rabiem tantam caelique marisque. Cum comparatione nostra cf. Philodemus in Anthol. Pal. I p. 112: ἀλλ' ἴσα πόντῳ Ἴονίῳ μύθων ἔκλυες ἡμετέρων; Eurip. Med. 28: ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει, ad quem locum cf. Wecklein, qui multos locos afferens mare iam apud Graecos imaginem fuisse duritiae vel pertinaciae inexorabilis demonstrat. Apud Latinos cf. Ovid. Met. XIII 804: surdior aequoribus; Her. VIII 9: surdior ille freto clamantem nomen Orestis / traxit inornatis in sua tecta comis. 52 sq. **clamantia ponto vota:** metonymice, *clamans* proprie pertinet ad nautas. 53. **aut tenues curant vaga fulmina nimbos:** Damsté (Mnemosyne 36, 1908) scribendum esse censet: „aut tenuis curant vaga flumina cumbas”, cum loco nostro comparans: S. I, 4, 120: immensae veluti conexa carinae / cumba minor; II, 1, 186; III, 3, 84; V, 1, 252. Sed cf. Verg. G. II 217: tenuem—nebulam, et Ovid. Met. I 596: vaga fulmina, vernacule: heen en weer schietende bliksemstralen. **curant:** per metaphoram. Motus animi a poeta saepe transferuntur ad ea quae per se illis carent (Cf. quae adnotavit O. Müller in editione sua ad Th. V 160); cf. v. 202 sq.: ignis / exclamat; 309 sq.: stupuere relicta / Nubila; 323: nolentes teri zonas; Th. I 489, II 380, III 256 al.

vss. 54—83: Opheltis rogos describitur; cf.

S. III, 3, 33—37; II, 1, 181 sq.; Th. XII 60 sqq.; *puerimanes honoribus afficiuntur, ut Amphiaraus iussit.* (V 731—752) Cf. V 741: *mansuris donandus honoribus infans.* Exempla Statii erant: Verg. A. VI 212 sqq. (vide Norden ad l.), XI 64 sqq., 184 sqq. Cf. etiam Ilias XXIII 164 sqq., ne omittam locum Silianum (X 561) funera Pauli describentem:

sublimem eduxere pyram, mollesque virenti
stramine composuere toros. superaddita dona,
funereum decus: expertis invisus et ensis,
et clipeus terror Nomadum: atque insigne superbum
tum laceri fasces captaeque in Marte secures.
Non coniux native aderant, non iuncta propinquo
sanguine turba virum, aut celsis de more feretris
praecedens prisca exsequias decorabat imago.
Omnibus exuviis nudo iamque Hannibal unus
sat decoris laudator erat; fulgentia pingui
murice suspirans inicit velamina et auro
intextam chlamydem.

Postremo addam quae observat Ribbeck (Gesch. der röm. Dichtung III p. 239) agens de loco nostro: Die Bestattung des Archemorus u. die Sühnfeier für die getötete Schlange samt allen vorbereitenden Anstalten wird mit einer Umständlichkeit beschrieben als ob ein offizieller Berichterstatter die Exequien eines regierenden Hauptes zu schildern hätte. 54. **interea:** hac voce sedes narrationis mutatur. Vide Norden ad A. VI 156, p. 180. **tristibus — ramis:** per metaphoram. Quae sint arbores ferales, Priscus ap. Macrob. III, 20, 3 nos docet. **tristibus — ramis teneraque cupresso:** hendiadys cum adiectivorum enallage coniuncta: *tristis* enim proprie ad cupressum, *tener* ad ramos pertinet. **teneraque cupresso:** cf. Verg. G. I 20: „teneram — cupressum”. Epitheton *tenera* idem est atque *flexibilis*. Cupressus est „Diti sacra et ideo funebri signo ad domus posita” (Plin. XVI 139). Cf. Verg. A. VI 215 sqq.: *ingentem struxere pyram, cui frondibus atris/ intexunt latera, et feralis ante cupressos / constituunt.* (Vide Norden ad l.) A. III 63: *stant manibus arae, / caeruleis maestae vittis atraque cupresso.* Cf. etiam *ἐπίθητα invisā* (Hor. Od. II, 14, 23; vide

Orellium et Kiesling ad l.), *feralis* (Ovid. Trist. III, 14 (al. 13) 21), *funebri* (Hor. Epod. 5, 18), Ovid. Met. X 141, ubi Apollo Cyparisso in arborem mutato: „lugebere” inquit, „nobis / lugebisque alios adersique dolentibus”; Claud. R. Pros. II 108: tumulos tectura cupressus; Lucan. III 442: et non plebejos luctus testata cupressus; Silius Ital. X 535: ac ferale decus, maestas ad busta cupressos. Apud nostrum: Th. IV 460 sq.: cupressa — plorata; S. V, 1, 136: maestaque — cupresso. De re cf. V. Hehn l.l. p. 291: Bei den Dichtern des augusteischen Zeitalters ist die Zypresse als Baum der Trauer, mit dessen Zweigen Leichenaltar und Scheiterhaufen besteckt werden und der gern in Gegensatz zum Genuss der heiteren Gegenwart gestellt wird, schon gewöhnlich. Vide etiam Blümner, Röm. Privatalt. p. 500 adn. 4: Die Zypresse war eben schon seit früher Zeit ein mit Tod u. Grab in Beziehung gesetzter Baum, vgl. Olck bei P. W. IV 1982 ff.; cf. Marquardt. Röm. Privataltert. p. 377; Corso Buscaroli ad Verg. A. IV 507 (Il libro di Didone p. 350). In antiquis monumentis artis Italicis imagines cupressorum, quae cum sepulcris coniunctae sunt, saepe inveniuntur. Vide Brunn—Körte, Rilievi delle Urne etrusche III Tab. CI, 1: porta sepulcri = Orci a cuius lateribus cupressi; 2 eadem cum sertis; tab. CII, 1 porta (cum cupressis) in qua duo servi in apparandis amphoris (cf. sacrificia sepulcralia) occupati sunt. Cf. Tab. CXLV, 13 urna formam habens frontis (nos: façade) Ionicae (sepulcri?), in qua imago duarum cupressorum exprimitur [quae re vera ante frontem stabant!] medium inter quas caput Bendis. Est imago (nos: symbol) Orci portae. Cf. C. C. v. Essen, Did Orphic influence..... exist, diss. Ultraiect. 1927 p. 24. 55. **damnatus flammae torus**: lectus funebris flammis destinatus. Cf. v. 130; S. V, 1, 214 sq.: et altis / ipsa (i.e. Priscilla mortua) toris; S. II 1, 159: tristis rogos. Eadem voce apud Verg. (A. VI 220, XI 66) lectus funebris denotatur. *Flammae* interpretandum videtur ita, ut sit dativus, cf. Lucr. VI 1229: morti damnatus; Lucan. II 733: Phariae busto damnantur harenae; VI 641; VIII 483; cf. apud nostrum Th. VII 238 sq.: qui proximus urbi / damnatus bellis patet. Vide etiam Langen ad Val. Flacc. II 16. **damnatus**: cf. v. 82; S. II, 1, 21 sq.: saevos damnati turis acervos. Ad quem locum Vollmer

adnotat: devoti Manibus; cf. V, 1, 136; Th. VII 239; Forbiger ad Verg. A. IV 699. **puerile feretrum**: = feretrum torum pueri sustinens. Lectum funebrem inanem esse e versibus 128 sqq. apparet; quo loco demum iuvenes torum, in quo Opheltis corpus impositum est, portare legimus. **textitur**: cf. Verg. A. VI 215 sq.: struxere pyram, cui frondibus atris/intexunt latera.

56. **ima**..... **cultu**: = ima strata sunt viridia folia ramique in agris carpti (expressio correpta). Cf. Sil. Ital. X 561 sq.: mollesque virenti/stramine composuere toros; Verg. A. XI 67: hic iuvenem agresti sublimem stramine ponunt. Legras (Etude sur la Thébaïde de Stace, p. 252) de his versibus dicit: ce triple et ce quadruple étage de la claie qui transporte Archémore, ou du bûcher sur lequel on le place, fait songer aux bûchers des empereurs dans les apothéoses. Cf. Herodianus IV 2. Cf. de re Friedländer, Sittengesch. Roms III⁹ p. 51: Auch die künstlichen Scheiterhaufen, die bei der Konsekration verstorbener Kaiser nach asiatischem Gebrauche auf dem Marsfelde errichtet wurden und aus mehreren in Pyramidenform sich allmählich verjüngenden Stockwerken bestanden, deren oberstes die Bahre mit dem Toten trug, waren äusserlich über u. über mit goldgestickten Decken, Elfenbeinreliefs u. Gemälden bekleidet, die ohne Zweifel das Leben des vergötterten Herrschers darstellten. **virent** — **stramina**: Cf. Ovid. Met. VIII 701: flavescunt stramina. De suffixo — *men*, quod pro suffixo incommodo — *mentum* ponitur, cf. Norden ad A. VI 218; H. Schubert, de Statii artis gramm. et metricae ratione, diss. Gryphiswaldensis 1913 p. 37 sq.

57. **proxima** — **area**: locus aliquanto superior; bustum enim leniter declive esse apparet. **operiosior**: sc. est. 58. **picturatus** — **floribus agger**: sc. est. Tumulus varii coloris est florum coloribus. Cf. S. I, 3, 36: picturata lucentia marmora vena. *Aggeres* omnes res dicuntur paulum a terrae superficie exstantes, sive natura sive manu hominum exstructae, cf. S. II, 1, 159: quod tibi purpureo tristis rogos aggere crevit; V, 3, 65 sq.: tepido genetrix super aggere nati/orba sedet; quibus locis *agger* idem valet atque *rogus*. Cf. etiam Ovid. Met. IX 234, Lucan. II 300, Senec. Phoen. 110, Prud. perist. V 510, Langen ad Val. Flacc. V 641, qui haec observavit. **morituris floribus**: Cf. S. II, 1, 106 sq.:

expiraturus flos; Verg. Ecl. VII 57: moriens—herba; X 67: moriens — liber. Flores imago mortalitatis sunt inde ab Homero (Ilias VIII 306). Vide etiam Vollmer ad S. III, 3, 127 et Kirby Flower Smith ad Tib. I, 4, 29. De floribus sternendis cf. Th. VIII 300 sqq.: innumerosque deae, sua munera, flores / addit (sc. aris). 59. **tertius adsurgens — ordo:** cf. ad 57. **Arabum strue:** per metonymiam pro: acervo odoramentorum Arabicorum. De Arabia odorum terra cf. Pfister, P.W. I A. 277. Vocabulo *strues* denotatur acervus, congeries rerum alia super aliam cumularum; saepe de rogo usurpatur cf. Sen. Phoen. 112: erectam ad ignes funebrem escendam struem; Lucan. VIII 756 sq.: nobile corpus / robora nulla premit, nulla strue membra recumbunt; Tac. Germ. 27: struem rogi nec vestibibus nec odoribus cumulant. Poeta in permultis epicediis flores siccatos odoresque sterni in rogo incendendo dicit: cf. S. II, 1, 160 sqq.; II, 4, 34; 6, 86 sqq.; III, 3, 33 sq.; V, 1, 210 sqq.; 3, 41 sqq. Cf. etiam Th. VI 209 sq. De re vide Friedländer, Sittengesch. III⁶ p. 127; Blümner, die Röm. Privataltertümer p. 501; Mau, P.W. III p. 355. Astrictae egit de funeribus Romanis E. Pernice (Einleitung in die Altertumsw. II³ p. 69 sqq.). Ad locum nostrum consulas p. 71. **tollitur:** se tollit = attollitur (v. 62). Statius repetitiones verborum non adeo diligenter cavet, ut non poneret e.g. *mergit humo* (Th. V 503) et *mergat humus* (V 635), *sublimus curru* (V 699) et *sublimis equis* (V 707); *suspensus* et *erectus* bis coniunguntur (VI 502 et 750); *mersusque umeris* (VI 803) non multum distat ab *demersere umeris* (VI 850); *ocior Euro* (VI 521) quantum mutatur in *ocior aura* (VI 602). Cf. etiam Heuvel ad Th. I 74. De re consule Stolz—Schmalz l.l. p. 841 et Norden ad Verg. A. VI 423. 60. **Eoas — opes:** tus et talia. S. III, 3, 33 sq.: Eoa/ germina; Ovid. A. A. I 202: Eoas — opes. **incanaque tura:** = valde cana, ut Verg. G. III 311, A. VI 809: „incanaque menta”, ad quem locum cf. Norden. *-que:* epexegeticum (Eoas opes sc. incana tura et durantia cinnama). 61. **tura:** quod libamen Homero nondum notum fuisse et circiter sescentimum a. Chr. n. annum in Graeciam pervenisse docet Schömann (Gr. Alt. II p. 231). Cf. etiam Stengel, Gr. Kultusaltert. p. 102; id. Opferbräuche p. 6; Pfister, P.W. I A 278,

qui paulo post (c. 282 sq.) de ture in funeribus adhibito fusius disserit. **ab antiquo durantia** — **Belo:** periphrasis pro *perantiqua*. Belus, Aegypti rex mythicus aut imperii Assyrici conditor mythicus fuisse fertur (cf. Verg. A. I 621, Ovid. Met. IV 213). Idemque pater Danai Aegyptique putabatur. Consule Bernhard ap. Roscher I 778; Tümpel, P.W. III 259. Poeta cinnama antiqua esse dicit, ut rerum caritatem designet. **cinnama:** rarum odoramentum erat. Cf. S. IV, 5, 31 sq.: odoratisque rara cinnama praeripiet Sabaeis; S. V, 3, 42 sq.: rara Sabaei cinnama; S. II, 6, 87 sq.: Phariaeque exempla volucris cinnama. De hoc odoramento et aliis cf. Marquardt, Röm. Privataltert. II 364 sqq.; Blümner l.l. p. 169; Pfister l.l. 272. **62. summa crepant auro:** expressio correpta pro: vestes aureis bracteolis instructae, quae in summo busto ponuntur, crepant. Cf. etiam Verg. A. XI 72 sqq. De re vide Friedländer loco supra (ad v. 56) exscripto. Vss. 62—65 sic interpretandi sunt: Summus acervus mollis est constatque e tapeti purpureo; in quo undique teretes gemmae radiant, in medio autem Linus letiferique canes acu picti sunt. **Tyrioque** — **ostro:** *ostro* denotatur vestis purpura tinctorum, cf. Th. I 517, II 406, IV 265, VIII 564, XI 398; S. I, 4, 97; V, 1, 225. Cf. etiam Verg. A. 639, 700; XI 72. Poeta voce Graeca *ostro* (cf. II 406, IV 265; cf. etiam Lucr. II 35) metri causa pro Latina *purpura* utitur ut pro *asilo:* fortior oestro (Th. I 32, cf. Verg. G. III 148); pro *circulo:* gyro (Th. VI 223, 444; S. III, 2, 25; V, 1, 104 et al.); pro *nuptiis* hymenaeis (Th. II 202; III 283, cf. Cat. 66, 11), thalamis (S. I, 2, 219; Th. I 233, 579; II 211, 254; VII 366 et al., cf. Verg. A. X 649). De usu mortuos cremandi cum purpura cf. S. II, 1, 159: quod tibi purpureo tristis rogas aggere crevit; Verg. A. VI 221: purpureasque super vestes, velamina nota/ coniciunt (cf. Norden ad l.); Sil. Ital. X 570 sq.: fulgentia pingui/ murice suspirans inicit velamina. Hic etiam Lucan. IX 175 sqq.:

collegit vestis miserique insignia Magni
armaque et inpressas auro quas gesserat olim
exuvias pictasque togas, velamina summo
ter conspecta Iovi, funestoque intulit igni;

et Lucianus, Nigrinus 72: οὐ μὲν ἐσθῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες

συγκαταφλέγεσθαι, οἱ δ' ἄλλοι τῶν παρὰ τὸν βίον τιμίων conferendi sunt, licet hi loci ad vestimenta acu tantum picta (sive simplicia) spectent. De qua consuetudine Romanorum cf. Blümner l.l. p. 500; Marquardt l.l. p. 378; Mau l.l. c. 355. **summa**..... **supercilium** (sc. rogi): hendiadys, ut apparet e versu 208: „et pictis exsudat vestibus aurum”. 62 sq. **Tyrioque** — **ostro** / **molle supercilium**: Cf. S. V, 1, 225: te Sidonio velatam molliter ostro. 63. **supercilium**: translate pro *acervus*. Cf. Livius 34, 29: supercilium tumuli; Verg. G. I 108: supercilio clivosi tramitis (vide Forbigerum ad l.). Cf. etiam Graecorum ὄφρος (Hom. Il. XX 151, Apoll. Rhod. IV 1300). Ad totum locum cf. pepli descriptionem Th. X 56 sqq. De vocis etymologia vide F. Muller, Altit. Wb. s.v. *keliom* (Bedeckung, Augenlid), qui significationem locis allatis obviam neglegere non debuit. Iam Graecorum carmen epicum antiquissimum armorum, artis operum, aliorum expositionibus poeticis delectatur. Sed praecipue descriptiones tales (*ἐκφράσεις*) poetarum aetatis Hellenisticae ornamenta sunt. Vide de ea re E. Rohde, der griechische Roman¹, p. 336; R. Heinze, Virgils epische Technik³ p. 398 sq.; Purgold, Arch. Bermerkungen zu Claudian u. Sidonius p. 107 sqq., Baehrens et Riese ad Cat. 64 v. 49. De anachronismo cf. Kroll, Studien p. 179 sq. **teretes** — **gemmae**: Adj. *teres* epitheton usitatum vocis *gemma* est. Cf. Verg. A. V 313: tereti — gemma; Val. Flacc. VI 59: tereti gemma. **hoc**: sc. ostrum (i.e. vestem purpuream), est obiectum verbi *inradiant*, cf. Claud. Cons. Mall. Theod. v. 84 sq.: Grajorum obscuras Romanis floribus artes / inradias. 64. **inradiant**: verbum compositum apud nostrum primum occurrens. Vide ad v. 4. **medio**..... **acantho**: est dat., per notum usum praedicativum adiect. *medius*. Loci sententia est: figura Lini in veste texta acantho circumdata est. Ad loci sensum cf. Verg. A. I 649: et circumtextum croceo velamen acantho. **Linus**: Satis apte poeta acu pictum esse docet Linum infantem a canibus laceratum. De morte Lini cf. Th. I 557 sqq.; Greve apud Roscher II 2053 sqq. (s.v. Linos); Nilson, Gr. Feste p. 435 sqq.; Farnell l.l. 23 sqq.; Kroll apud P.W. XIII 715 sqq. Cf. etiam genealogia, quam composui ad v. 268. Ad insolentioremetonymiam *Linus* pro imagine Lini cf. Th. V 726:

atque umeris amborum intextus Iason = nomen Iasonis.
intertextus: ω ; P intextus, quod versus non recipit. — Suppleatur est. Verbum *intertextere* Ovid. Met. VI 128: flores hederis habet intertextos; Verg. A. VIII 167: „chlamydemque auro dedit intertextam”, cum abl. construitur. De verbis cum praepositione *inter* compositis, quae apud nostrum leguntur, cf. Heuvel ad I 63. **acantho:** etiam S. III, 1, 37 acanthum acu pictum ornamentum (nos: versieringsmotief) videmus: celsum pulvinar acantho/ textitur. Cf. Verg. A. I 649 et Forbigerum ad l. et ad Ecl. III 45 (cf. Theocr. I 55.). De acantho cf. Wagler, P.W. I 1148 sq. Ad locum vide etiam Isid. orig. 17, 9, 21: in acanthi (Aegyptii) imitatione arte vestis ornatur, quae acanthina dicitur. Cf. Tomba François Vulci (290—280 a. Chr. n.) imago qua Vel Saties depingitur (die Antike, Jahrg. 4, Tab. 12): formae humanae in vestimento acu pictae; limbus autem constat e sertis nondum formam acanthorum habentibus. Cum acantho: in vasis Apulis (\pm 300 a. Chr. n.), S. Reinach Rep. des Vas. I² p. 188. Iam ad v. 63 adnotavi libros, in quibus opera acu picta, quae in carminibus describuntur, fuse tractata invenias. 65. **letiferique:** vide ad v. 25. **opus admirabile semper:** Cf. Ovid. Met. VI 44: opus admirabile, saepe /. 66. **mater:** vide ad v. 35. 67. **arma:** de re cf. Verg. A. XI 78 sqq., VI 217; Hom. Odyss. XI 74: ἀλλά με κακῆσσι σὸν τεύχεσσι, ἅσσα μοι ἔσσι; Seneca, Herc. Oet. 1661 sqq.:

Hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus,
 mecum per ignem flagret, hoc telum Herculem
 tantum sequatur;

id. Herc. Fur. 1233 sq.: ipsa Lernaes frequens / pharetra telis in tuos ibit rogos; Sueton. Div. Iul. c. 84: veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant, sc. flammae iniecerunt. **veterum exuvius — avorum:** = avorum qui vixerunt temporibus diu praeteritis. Cf. Lucan. I 137: exuvias veteris populi (veteris OL, veteres b, antiquae editiones). **circumdat:** sc. rogo. **avorum:** per synecdochen (speciem pro genere) pro *maiorum*. Cf. Th. II 215, 573; III 349, 560, 601; V 670, VI 94, VII 387, 409, 433; XI 352; S. IV 6, 94. Cf. Verg. A. VI 841. 68. Hunc versum Lachmannus ante 65 collocari voluit: sed *gloria* et *ambitus* aptius est ad *arma* etc. **gloria — ambitus:**

per figuram quae dicitur hendiadys, est subiectum verbi *circumdat*. **gloria mixta malis**: aut vox *malis* sensum generalem habet et *mixta malis* explicatur eo quod gloria non pari solet nisi multorum militum damno aut *malis* ad Opheltis mortem solam pertinet, cui meliori explicationi adnotatio Lactantii favet: quoniam maiorum ornamenta funeri adhibebantur. **ambitus**: in bonam partem. **afflictaeque**: propter Opheltis mortem. **aulae**: per metonymiam pro *familia regia*. Sententia loci difficilis est haec: familia regia, in ipso luctu laudis suae memor nec non sui sibi honoris conscia, exornat rogam armis exuviisque veterum avorum. Perperam Mozley vertit: Arms, too, and spoils of ancestors of old are cast about the pyre, the pride and chequered glory of the afflicted house. Qua interpretatione *gloria ambitusque* appositio ad *arma et exuvias* haberi videtur. 69. **ceu**: quasi. Cf. Th. II 476, 491 sq.; III 122 sq., V 86, VI 504 sq., Ach. I 504. Nota in hoc versu membrorum parallelismum: *grande onus: immensa membra; exsequiis: rogo*. Cf. Th. III 120: fervet iter gemitu, et plangoribus arva reclamant; IV 695 sq., VIII 189 sq., ibid. 391 sq., IX 321 sq., X 280 sq., XI 447 sq. 69 sq. **immensa — membra**: metonymice = corpus. More epico corpus herois *immensum* vocatur. Cf. de usu talium adiect. apud epicos Kroll, Studien p. 272. **exsequiis — rogo**: sunt dativi finales. **rogo**: rogo P; toro (thoro) ω S A. Lectio *toro*, quae est e Verg. A. VI 220, ut iam Klotz adnotat, reicienda est quod corrumpit parallelismum membrorum; vide ad 69. **cassa tamen sterilisque**: = <licet> *cassa sterilisque, tamen*..... Ad quem vocis *tamen* usum cf. Th. V 688 sq.: et ausis/ sera quidem, manet ira tamen; Tibull. I, 9, 4: sera tamen tacitis poena venit pedibus; Verg. Ecl. I 27: „libertas, quae sera tamen respexit inertem”, cum quo loco apte comparetur enuntiatio plena: Th. V 689: „sera quidem, manet ira tamen”. Vide de re Kühner—Stegmann II 2 § 166; Rothstein ad Prop. II, 13, 51. 70 sq. **sterilisque — fama**: metaphoricè; intellegendum est: fama quae puero nihil prodest. 71. **parvique augesunt funere manes**: = funere sumptuoso manes pueri maiorem gravitatem adipisci videntur. **augescunt**: quod verbum apud nostrum etiam occurrit Ach. I 11. Cf. etiam Enn. ann. 478, Naev. frg. 54, Ter. Heaut. 423,

Lucr. V 333, Sen. Med. 671, Sil. Ital. IX 374. Apud Verg. non legitur. **funere**: funere M P ω; munere M Q N. Lectio *funere* praeferenda est, quod funus omnia, quae v. 54 sqq. enumerantur, complectitur. 72. **ingens** — **honor**: per metonymiam hyperbolicam. Cf. V 113, 630; XI 368; Ach. I 630. **lacrimis**: lacrimas in funere profusas proprie solamen, quin etiam sacrificium vel tributum quoddam fuisse mortuo K. F. Smith ad Tib. I, 1, 65 docet. **honor**: cum brevi syllaba ultima, ut S. III, 2, 14, al., sed Th. I 668, VII 225; S. IV, 6, 35 al. forma *honos* occurrit cum ultima syllaba longa. Subiungam quae Servius de ea voce affert, Aen. I 253 ad vocem „*honos*”:..... cum secundum artem dicamus honor, arbor, lepor, plerumque poetae *r* in *s* mutant causa metri; *os* enim longa est, *or* brevis. **miseranda voluptas**: est figura q. v. oxymoron. Cf. Claudian. in Rufin. II 363: metuenda voluptas. **voluptas**: sc. est. Statius saepe voluptatem quandam in lugendo inesse dicit. Cf. v. 71; S. II, 1, 15; V, 5, 33 sq.: iuvat, heu iuvat inlaudabile carmen/ fundere et incompte miserum nudare dolorem; S. V, 5, 56; II, 1, 15: iam flendi expleta voluptas; Th. XII 45: amant miseri lamenta malisque fruuntur; ibid. 793 sq.: gaudent lamenta novaeque/ exsultant lacrimae. Cf. illud Ovidianum: est quaedam flere voluptas, et Val. Flacc. III 371: dulcibus indulget lacrimis. Cf. etiam *τέρομαι* apud Homerum, e.g. Odys. IV 194: *τέρομαι ὀδυρόμενος*; ibid. 102: *γῶφ φρένα τέρομαι*. — Sententia v. 72 haec est: qua de causa lacrimae in magno honore sunt et flendo voluptas inest. 73. **muneraque** — **annis graviora**: munera maiora quam ut putares infanti convenire. Vox *anni* per metonymiam usurpatur pro *aetate* sc. pueri. **in cineres**: per metonymiam prolepticam pro *in rogum, flammis*. Cf. v. 207, IX 397, XII 150, 428; S. V, 5, 19. 74. Recte recentiores editores, viri docti Garrod (1906) Klotz (1908) Mozley vss. 74, 75, 76, 77, usque ad *cinctusque* in parentheses scribunt ad exemplum O. Mülleri (Progr. des Luisenstädtischen Gymn. 1882 p. 25). **illi et**: per elisionem in arsi secundi pedis, cf. in libro sexto v. 251, 471, 512, 691, 756, 758, 925. In arsi tertii pedis eliditur v. 179, 204, 427, 494, 495, 832, 853; in arsi quarti pedis: v. 160, 207, 223, 382, 479, 486, 502, 650, 731, 892. Coeunt longae vocales aut diphthongi cum syllaba longa in

thesi primi pedis: v. 412, 546, 560, 776; cum syllaba longa in thesi tertii pedis: v. 912, in thesi quarti pedis: v. 251, 253, 316, 499. Eliditur longa vocalis aut diphthongus ante brevem priorem dactyli syllabam, in sede prima v. 149, in sede secunda: 251, 313, 411, 669, in sede tertia v. 760. Statur ab elisione diphthongorum et longarum vocalium, quam evitabit in melicis et iis versibus, quos undenis syllabis scripsit, non abstinebat in hexametris. Fusius de ea re O. Müller egit in opusculo c. t. „Quaestiones Statianae, Prüfung des Berl. Gymn. zum grauen Kloster 1861”, ex quo libello Vollmer indicia hausit quae leguntur in appendice metrica libri eius (ed. Silv., pag. 555 sqq.). **pharetras**: pharetras P; phaleras ω , quae lectio ad contextum apte non convenit. **brevioraque**: ἀπὸ κοινῶν positum, ut non solum ad *tela* sed etiam ad *pharetras* pertineat. **dicarat**: vernacule: had plechtig overgegeven. Cf. Verg. A. I 73: propriamque (sc. Deiopeam) dicabo (= IV 126), Val. Flacc. III 535. 75. **festinus voti**: adi. *festinus* cum gen. construitur ad analogiam adi. *cupidus, memor* etc. Cf. S. V, 3, 135: laudum festinus; Claudian. IV cons. Hon. 166: festinaque voti. Cum ablativo construitur Th. X 686. — De genit. cf. Kühner-Stegmann II 1, § 85c. **insontesque sagittas**: i.e. sagittae quae cuspidem non habent. Ponitur adiect. *insontes* per metaphoram idemque habet vim causativam: *nihil nocentes*. Cf. S. III, 1, 44: insontes — irae; Ach. I 15: pharetrae insontes; Val. Flacc. I 103: insontis aratri, et P. Langen ad l. (Berl. Stud. f. cl. Phil. u. Arch. N. F. I, 1 p. 33). 76. **iam tunc et**: de hac monosyllaborum coacervatione vide ad v. 27. **de gente**: per metaphoram *gens* etiam dicitur de equis. Cf. Ovid Fast. IV 711, ubi *gens* dicitur de vulpibus. Ad totum locum cf. S. V, 2, 22 sqq.:

titulis generosus avitis

exspectatur equus, cuius de stemmate longo
felix demeritos habet admissura parentes.

77. **in nomen**: sc. Opheltis. Cf. de usu liberioris praepositionis *in c. acc. iunctae*: VI 269, 271, 290, 485; VII 198, X 294, XII 632. **cinctusque sonantes**: *sonantes* propter aurum argentum pretiosas gemmas. Cf. Verg. A. V 312 sq. 78. **exspectatura**: per metaphoram, cf. e.g. Th. IV 708, VIII 51, XI 592. **maiores — lacertos**: i. e. corpus Opheltis adulti (metonymice). 79. vss.

79-83 omiserunt P B¹, addidit B³. Quos spurios esse demonstrat Klotz (Hermes 40, 1905, p. 368). Vss. 79, 80, 81 enim imitantur vss. 74-77; v. 79 satis obscurus est, in primis *in nomen* (cf. 77!), quod fortasse sic interpretandum est: non in nomen (sc. Archemori) credula (sc. mater). Praeterea absurdum est v. 79 matrem non patrem insignia regni puero dedisse; v. 82 sq. anticipantur, quae fiunt v. 193 sq. Damsté (Mnemosyne 1908, p. 390 sqq.) versuum ordinem sagaciter mutans locum servare frustra conatus est: argumenta enim Klotzii non refutantur. Locum sic constituit: v. 65, 66, 79, 80, 81 (usque ad *minus*) + 77 (sc. verba: *cinctusque sonantes*), 67 e.q.s. Deinde 73, 78, 74, 75, 76, 77, 82, 83. **spes avidae**: metaphorice. **in nomen**: sunt qui putent has voces per errorem (vide v. 77) in textum receptas esse. Cf. cod. Bodl. Can. 76, *in tanta* [Garrod observat: fort. *in tanto* (sc. *studio*)]; iam Barthius coniecit: quas non vestes male credula mater/ urgebat studio; Withof proposuit: *in morem*. 79. sq. **vestes/ urgebat**: translate pro: celeriter conficiebat. Cf. S. II, 1, 128: cum tibi quas vestes, quae non gestamina mitis/ festinabat erus?; Verg. A. IX 488 sq.: veste tegens; tibi quam noctes festina diesque/ urgebam. Vide etiam Forbigerum ad l. 80. **insignia regni**: est appositio ad *cultus purpureos sceptrumque minus*. Similiter inclusa: Th. VIII 300: innumerosque deae, sua munera, flores. 80 sq. **cultusque — purpureos**: toga purpurea quae dicebatur trabea regum Romanorum vestis fuit (Cf. Serv. ad Verg. A. XI 334 et Plin. N. H. VIII 74). Toga purpurea autem auro distincta imperatores festis diebus induti erant. Qua veste poeta heroes induit. Cf. II 406: satis ostro dives et auro/ conspicuus; IV 265; V 315 sq.; VI 540 sqq.; IX 690 sq.; XI 400 sqq., 434; XII 314 sq. 81. **ignibus atris**: propter fumum; cf. Th. V 175 sq.: niger ignis; Verg. A. XI 186: ignibus atris; VIII 198 sq.: atros — ignes, ad quem locum cf. Forbigerum; Val. Fl. II 236; Sil. Ital. IX 441; Hor. Epod. V 82; Ovid. Fast. II 560; Lucan. II 299, III 98. 81 sq. **cuncta..... ferri**: zeugma; construendum est: „cuncta ignibus atris damnat ipse parens atrox et damnat sua gestamina ferri.” Quae constructio contorta hos versus spurios esse etiam probat. Nullo alio loco verbum *damnare* c. acc. c. inf. construitur. Cf. Kühner-Stegm. II § 126, 1. **atrox**: hoc adiect. praedicativo

poeta usus est, ut adverbium evitaret, quod a poetis dactylicis non admittitur. Cf. Verg. A. I 662: urit atrox Iuno; IX 420: saevit atrox Volscens; Ovid. Metam. XI 275: odiumqueexercebat atrox. 82. **damnat**: cf. ad v. 55. Damstei coniecturam *donat* supervacaneam habeo (Mnemos. 1908, 392). **gestamina**: = insignia regia. Cf. Verg. A. VII 246. — Ad locum cf. Th. V 314 sq.: sceptrum super armaque patris/ inicio et notas regum velamina vestes. 83. **si**: = *αἴ κέν πως*. **damnum**: i.e. insignibus amissis. **rabidum** — **dolorem**: translate; *rabidus* proprie de canibus dicitur, cf. e.g. Verg. A. VII 493. **exsaturare**: per metaphoram, ut Verg. A. VII 298: odiis aut exsaturata quievi; V 781: nec exsaturabile pectus (= et inexasaturabile p.). Cf. etiam Th. VI 176: exsaturata oculos.

Vss. 84—117. Arbores caeduntur ad rogam exstruendum (Cf. Th. XII 50 sqq.). Animalia et semidei silvae fugiunt. Exempla poetae: Verg. A. XI 135—138, VI 179—185 (ad quem l. vide Norden: Die Schilderung des Baumfällens gehörte zu den Lieblingsstoffen der lateinischen Poesie, die sich darin der griechischen überlegen fühlte). Cf. etiam Ilias XXIII 114—123. Similia tractantur apud Ennium (Ann. VI v. 187 sqq., frg. X, ed. Vahlen p. 34 sq.), Ovid. Met. X 90 sqq., Sil. It. X 529 sqq., Sen. Herc. Oet. 1618—1645, qui exemplum erat Lucani Phars. III 426—452 (cf. de re Fleckeisens Jahrb. 1892 p. 349: C. Hosius, Lucanus u. Seneca). Cf. etiam Claudian. R. Pros. III 370 sqq., qui Statium secutus est. 84. **gnari monitis** — **auguris**: iussis, praeceptis Amphiarai. Versus 84, 85, 86 usque ad *quae* sic interpretandi sunt: ab alia parte, Amphiarai praeceptis obtemperans exercitus (septem ducum) magno studio cumulat pyram montis instar in aera surgentem truncis et arboribus caesis. **instat** — **cumulare** (v. 86): translate pro *properat cumulare*. Cf. v. 475 sq.: instat/ Admetum superare. 85. **auguris**: poeta Amphiaräum et Thiodamantem, qui in eius locum successit (cf. VIII 271 sqq.) augures appellat (cf. VI 441, 462; VII 726, 735; VIII 13, 99, 118, 226, 366; IX 513, 647; X 26, 187, 292, 488; XII 42; IV 188), cum Tiresias Thebanus semper vates aut sacerdos appelletur, excepto Th. IV 192 sq.: vati — Argolico = Amphiarao; Th. X 322 Inachus vates = Thiodamas. Noster

enim artem Tiresiae sacrificantis (cf. X 698 sqq.) aut inferorum animas elicientis (cf. IV 443 sqq., 413 sq.) aut carmina canentis (cf. X 725) ab arte Amphiarai Thiodamantisque ex alitis involatu augurantium (cf. III 640 sqq.) distinguere videtur. 85 sq. **aeriam** — **pyram**: alte in aëra surgentem. *Aerius* perpetuum rerum in auras surgentium, arborum, montium epitheton est. Vide Forbigerum ad Verg. Ecl. I 59; Thesaurus I 1063 (v. Mess.). Cf. Th. VIII 408: aeriam Rhodopen; IX 220: aëria ab Ossa; Ach. II 139: caput aërii montis; S. V, 3, 48: aeriamque educere molem; translate S. II, 4, 24: aëriae gloria gentis = gentis quae in aëre vivit (aves). Cf. etiam Verg. G. III 474: aërias Alpes; Ovid. Met. II 226: aëriaeque Alpes. De voce Graeca *pyra* cf. Norden ad A. VI 214. **nemorumque ruina**: per metonymiam voce *ruina* indicatur res ipsa quae ruit (cf. Ovid. Met. XV 424 sq.: Troia ruinas — ostendit). 86. **montis opus**: onus *P*, quod Weber iure correxit in *opus*, collato Verg. A. V 119: „urbis opus”. Ad quem l. cf. Servius: „ita magna, ut urbem putares”. Cf. etiam Val. Flacc. III 199: clipei opus; 210: „pugnae opus”, quae locutiones rerum magnitudinem et molem indicant. 86 sq. **quae..... belli**: = quae ardendo atrum piaculum sit criminis caesi anguis et infausti belli. **crimina caesi/anguis**: genit. explicativus; Graeci serpentem occiderant (V 566 sqq.) custodem nemoris vel luci Iovis, qui erat ad Langiam flumen (IV 717 sqq.). Vide ad v. 40. 87. **infausti — belli**: gen. obiect. Significatur bellum Eteoclis Polynicisque. **cremet atra piacula**: cremando atrum piaculum sit. *Atrum* piaculum est propter colorem cineris. Vide de hoc usu adi. *ater*: H. Blümner, die Farbenbezeichnungen bei den röm. Dichtern, Berl. Stud. 13 Bd. 3 Heft p. 46 sq. Nota etiam prolepsin quae adiectivo inest. Verbum *cremet* per zeugma ad obiecta *crimina* et *piacula* attinet. S. P. C. Tromp in libro c. t. de Romanorum piaculis, p. 31 (diss. Amstelod. 1921) voce *piacula* h. l. *nefas*, *scelus*, *peccatum* designari putat inter alios hos locos afferens: Verg. A. VI 569: distulit in seram commissa piacula mortem; Lucan. II 176: non fanda piacula; Sil. Ital. I 182: inter spretae miseranda piacula poenae; Phaed. III ep. 34: palam muttire plebello piaculum est. Cui explicationi autem adi. *ater* et verbum *cremet* obstant. **infausti — piacula belli**: cf. Th. X 799: nos

saeva piacula bello/ demus. 88 sq. **his**..... **Phoebo**: v. 88 sq. omiserunt P B¹. Sine dubio spurii sunt. Cf. Hermes 40, 1905 p. 367 sq., quibus in actis Klotz fusius de re disputavit. Argumenta eius haec sunt: verba *his labor* aliquid conveniens sequi par erat, praeterea verborum figura *accisam Nemeen*..... *praecipitare solo* ineptior est: *accidere* enim significat *ab imo caedere*, cf. Verg. A. II 627: *ornum*..... *ferro accisam crebrisque bipennibus instant/ eruere agricolae*; cui loco addo: Caesar B. G. VI 27,4: *accidunt arbores tantum*; h.e. non plane abscidunt, sed ita caedunt ut levi motu procumbant (Oudendorp). Neque convenit numerus pluralis *lucos*, quod poeta ipse v. 96 singularem *luco* scribit; *umbrosaque tempe* imitantur *umbrosaque tempe* Th. X 119; versibus 88, 89 iterantur quae v. 90 sq. dicuntur. **Nemeen**: qui acc. Graece terminatus legitur Th. IV 646, 664, 688; VI 368, 385. De valle Nemeae cf. Curtius, Pelop. II 506 sq.; J. Ponten, Griechische Landschaften p. 147. Nota etiam figuram quae dicitur hendiadys quam in vocibus *Nemeen — tempe* invenimus. 88. **his labor**: cf. I 522; S. III, 1, 123; IV, 3, 40; V, 3, 92. Conferendi causa h. l. addam versus pulchros, qui leguntur l. IV 419 sqq.:

Silva capax aevi validaque incurva senecta,
aeternum intonsae frondis, stat pervia nullis
solibus; haud illam brumae minuere, Notusve
ius habet aut Getica Boreas impactus ab Ursa.
subter operta quies, vacuusque silentia servat
horror et exclusae pallet male lucis imago.
nec caret umbra deo: nemori Latonia cultrix
additur; hanc piceae cedrique et robore in omni
effictam sanctis occultat silva tenebris.

umbrosaque tempe: per synecdochen (species pro genere) vox *Tempe* (cf. e.g. Orellius ad Hor. Od. I, 7, 4) ponitur pro quavis valle amoena: cf. S. V, 3, 209: *Boeotaque tempe*; Th. I 485: per *Teumesia tempe*; X 119. Cf. etiam e.g. Verg. G. II 469; Hor. Od. III, 1, 24. Praeterea metonymia notanda est: locus pro arboribus loci. Sententia loci haec est: *umbrosas valles Nemeae e.q.s.*
umbrosa: vide ad v. 11. 89. **praecipitare solo**: sensu proprio: in solum deicere. *Solo* est dativus localis-finalis. Cf. Ovid. Met. IV 91 sq.: *et lux tarde discedere visa/ praecipitare aquis*. Cf.

etiam Th. VII 748 sq.: longaevaue robora secum/ praecipitans;
 Ach. II 61: veritasque solo procumbere pinus/ praecipitat
 (veritasque P; vetitasque ω). **lucosque**: synecdochice (species
 pro genere) pro *silvam*. Lucani (III 399 sqq.) versus pulchros
 adscribam, quia locum nostrum illustrant:

Lucus erat longo numquam violatus ab aevo,
 obscurum cingens conexis aera ramis,
 et gelidas alte submotis solibus umbras.
 Hunc non ruricolae Panes, nemorumque potentes
 Silvani Nymphaeque tenent, sed barbara ritu
 sacra deum, structae diris feralibus arae;
 omnisque humanis lustrata cruoribus arbor
 [si qua fidem meruit superos mirata vetustas]
 illis et volucres metuunt insistere ramis,
 et lustris recubare ferae.

ostendere Phoebō: ad sententiam loci cf. Th. I 361 sqq.:

rapiunt antiqua procellae
 bracchia silvarum, nullisque aspecta per aevum
 solibus umbrosi patuere aestiva Lycaeī.

Phoebō: per metonymiam a dei nomine petitam pro *sole*. Cf. S.
 II, 2, 46: Phoebi tenerum iubar; Ovid. Met. XI 501 sq.: quo
 numquam radiis oriens mediusve cadensve/ Phoebus adire
 potest; Rem. Am. 256, 585. Nomina Titan et Hyperion, quae
 etiam *solem* indicant, a Graecis raro ad solem translata sunt
 (e.g. Hom. Odys. I 24: οἱ μὲν δυσομένον Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος),
 sed apud poetas Latinos saepius translate posita sunt. Cf. e.g.
 Th. V 297; IV 283; VII 472; S. III, 1, 54; IV, 4, 27; Ovid. Met.
 VIII 564; Lucan. I 15; Verg. A. IV 118; Sen. Herc. F. 343. Vide
 de re O. Gross: de metonymiis sermonis Latini a deorum
 nominibus petitis, diss. Halle 1911 p. 397 sqq. 90. **sternitur**:
 cf. Sil. Ital. X 529: sparsoque propinquos/ agmine prosternunt
 lucos. **extemplo**: eodem versus loco legitur I 100, V 555, Ach.
 I 763, primo Th. VI 385. 90 sq. **incaedua** — **silva**: est epitheton
 Ovidianum, cf. Ovid. Fast. II 435: multis incaeduis annis/
 Iunonis magnae nomine lucus erat; id. Amor. III, 1, 1: Stat
 vetus, et multos incaedua silva per annos. Apte comparetur
 Th. IV 419 sqq., vide ad v. 88. Cf. etiam Ovid. Met.
 III 28: silva vetus stabat nulla violata securi. **ferro**:

per synecdochen materiae pro re ex ea confecta, pro *securi*. Cf. Th. III 174: „ferro retegunt silvas”, et etiam Verg. A. II 626 sq.: „ornum/ cum ferro accisam”, sed *forfex* intellegendus est VI 195: „caesariem ferro minuit”, cf. Ovid. Met. XI 182: „solitus longos ferro resecare capillos”. Addam alias significationes quas vox *ferrum* apud nostrum habet: *ferrum* legitur pro *armis* S. I, 6, 53; Th. II 491 passim Ach. I 481. Saepe *ensis* intellegitur: S. V, 1, 199; Th. I 613 passim. Paucis locis denotatur hac voce *cuspis* quae hastae praefixa est: Th. IV 86, VII 552, IX 762, XII 745. Denique *catenae* intelleguntur Th. XII 677, *culter* autem significatur Th. III 399, IV 461, 510; X 172, XII 227. Saepius *ferrum* ponitur pro *telo*: Th. II 475, VII 709, VIII 124, 412, 419, 450; IX 309, 408, 799, 802; Ach. I 169. *Ferrum* idem valet atque *anulus* S. III, 3, 144; *frenum* Th. VI 397; *ligo* S. III, 1, 124; *veru* Th. I 522, *thorax* Th. II 567, VII 311. 90 sq. **veteres — comas**: acc. limit. *Coma* apud poetas saepe per metaphoram dicitur de arborum frondibus ramisque. Cf. e.g. apud nostrum: Th. III 257, VI 352, XI 534. Cf. etiam Seneca Herc. Fur. 689; Oed. 154, 228, 574; Herc. O. 383, 1578; Med. 722; Ovid. Met. X 648; id. Amor. II, 16, 36; Verg. G. II 368: stringe comas, i.e. ramos altissimos; A. VII 60, XII 209; Cat. IV 11. Vide Orellium ad Hor. Od. I, 21, 5; consule etiam Thesaurum III 1752 sqq. (Leissner). 91. **largae — opulentior umbrae**: *opulentus* c. gen. construitur per analogiam adiectivi *plenus*. Cf. Hor. Od. I, 17, 16. Ad sententiam loci cf. Th. V 154 (de luco): et gemina pereunt caligine soles. 92. **saltusque — Lycaeos**: Lycaeus mons Arcadiae est propter silvas notus. Cf. Th. I 363: „umbrosi patuere aestiva Lycaeii”, vide Heuvel ad l.; IV 250: gelidique aversa Lycaeii; Th. XII 129: lucis Hecate speculata Lycaeis. Consule Bursian Geogr. v. Gr. II 184, 235 sq.; E. Meyer, P.W. XIII 2236. 93. **super astra**: Hyperbolen *ad, in astra*, quae in poesi et in oratione soluta saepe legitur, poeta etiam in maius extulit. Cf. e.g. Ovid. Met. I 316: Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus. Vox *astra* apud nostrum saepissime usurpatur per synecdochen („pars pro toto”) pro caelo: cf. Th. III 670, VI 448, VII 124, VIII 765, IX 27, X 375, 665; XII 790 passim. Papinius superlationis studiosissimus est nec raro veritatem egreditur in altitudine montium describenda.

Cf. e.g. Th. II 34: (caput Maleae) nullos admittit culmine visus; ibid. 36: tantum fessis insiditur astris; VI 681: (discum) in nubila condit; id. 928: tenui vel nubila transeat hasta; IX 534: (quercus) caelo mixta comas; XII 660: et mediis ardent in nubibus hastae; Ach. I 594: admissum caelo nemus. **stat**: habet vim demonstrativam neque est verbum auxiliare ut in lingua nostra. Vide Brinkgreve ad Ach. I 594. Cf. VI 204, 216, 256. 93 sq. **stat sacra senectae/ numine**: interpretandum est: stat sancta reverentia senectutis (gen. obi). Cf. Lucan. III 429 sq.: motique verenda/ maiestate loci. — Notanda est alliteratio! Alia exempla sunt: v. 153; VII 821: cadens caelum campumque coire; S. IV, 4, 21; III 5, 93; II, 6, 69; sed Statius alliterationi indulsisse non videtur. Cf. etiam Norden Aen. VI p. 416, 5. Cf. J. Ponten, l. l., p. 103 silvam Arcadicam describens: Wir reiten aufwärts durch den schönsten grünsten windbewegten Laubwald. Auf ihn folgt ein herrlicher Tannenforst, zuerst ein offener parkartiger Busch, in dem Tannen u. Kiefern gemischt stehen, jeder Baum bis zu voller Form entfaltet. — Auf dem Park folgt der Urwald. — Grau sind Stamm u. Aeste vermoost; — in dem geheimnisvollen schweigenden Urwald dunkel stehen die würdigsten Baumgreise über und über mit Flechtenbärten behängt. **senectae**: in nominativo exstat *senectus*, (cf. S. III, 3, 14; V, 3, 249; Th. IV 517) in ceteris autem casibus metri causa *senecta*: gen. *senectae* Th. IV 536, VI 380; S. I, 3, 110; 4, 7 & 52; IV, 2, 58; Th. VI 380; dat. *senectae* Th. V 751; acc.: non exstat; abl.: *senecta* Th. IV 419; S. IV, 1, 182. Vide de ea re: H. Schubert in libro laudato p. 33 sqq. 94. sqq. **nec solos... greges**: = non solum avos hominum vetustate superavisse fertur, sed etiam superstes vidisse alias greges Nympharum Faunorumque aliis succedere. **transgressa**: sensu translato; supplendum est infin. *esse*. Cf. IV 770: mortales transgressa luctibus; V 746: transgressi fata parentum. **veterno**: metri causa pro *vetustate*; sensu proprio. Sensu translato Verg. G. I 124; Hor. Epist. I, 8, 10, quibus locis vox *veternus* etiam substantive usurpatur. 95. **avos**: maiores, vide ad 67. **Nymphas — mutasse**: = „annis volventibus“ nymphas nymphis succedentes videre. 95 sq. **Nymphas** **greges**: Poeta per hyperbolen silvam tam antiquam esse dicit, ut teste ea aliae Nymphae

Faunisque aliis successerint! Silva igitur etiam Nymphas Faunosque vita superat. Sententia haec esse videtur: „singulae Nymphae = arbores mortuae sunt, quibus rursus ab aliis succeditur, sed silva ipsa iis superstes fuit”. Süß recte putat (P. W. VII 2289) poetam nullo alio consilio haec dixisse quam ut rem augeret: Nymphae (= Hamadryades) enim una cum arboribus vivunt et moriuntur (cf. Serv. ad Verg. Ecl. X 62), vide v. 113. Cf. etiam Lactantium ad locum nostrum: Nymphae diu vivunt et tamen moriuntur (cf. Serv. ad Verg. A. I 372: nam et moriuntur [nymphae] secundum Aristotelem, ut Fauni Panesque) et ad Th. IX 376: „quia dicit Aristoteles post annorum milia et Nymphas et Faunos perire.” De re cf. Block ap. Roscher III 522 sqq.; P. Wagler: die Eiche in alter u. neuer Zeit, p. 16 sqq. (Berl. Stud. f. Class. Phil. u. Arch. 13 Bd. 2 Heft, 1891). **superstes**: pertinet praedicative ad *fertur*. 96. **Faunorumque greges**: Fauni in silvis habitant, cf. Th. V 582: silvicolae — Fauni; Verg. A. X 551: Silvicolae Fauno. *Faunus* interpretatio romana est numinis Graeci, cui nomen est Pan; apud poetas Romanos Faunus saepissime cum Pane adaequatur. Vide Wissowa ap. Roscher I 1454; id. Silvanus u. Genossen, Ges. Abh. z. röm. Relig. u. Stadtgesch., 1904, p. 78 sqq.; W. Mannhardt, Wald- u. Feldkulte II 1877, p. 113 sqq.; Preller—Jordan, Röm. Myth. I p. 379 sqq. — De Faunorum vita longa cf. supra. — Etiam apud nostrum (cf. quae Wissowa ap. Roscher I 1456 dicit „und daher galt Faunus in gewissem Sinne als erster Dichter u. Patron der Poeten („Mercurialium custos virorum”, Hor. Od. II, 17, 28) [cf. Orellium ad locum.] Faunus fautor poeseos est: cf. S. II, 3, 7: et faciles, satis est, date carmina Fauni; Ach. I 240: quaerunt puerilia carmina Fauni; S. I, 3, 99: „hic tua Tiburtes Faunos chelys et iuvat ipsum/ Alciden.” Quod attinet ad pluralem *Fauni*: Itali antiqui in silva densa voces arcanas se audire putabant; quas tum uni deo Fauno tum pluribus deis generis eiusdem attribuebant. Cf. Wissowa, Silvanus u. Genossen, l.l. p. 86 sq. Huc accedit, quod dii minores et in Graecia et in Italia multiplicari solebant, cf. v. Essen, Studi e materiali di storia della religione, Vol. IV (1928) p. 295. — Cf. etiam Ihm, P. W. VI 2058. — De voce *grex* vide ad v. 145. **aderat**: = prope erat, imminabat. Sequitur dativus rei *luco*. Cf. Th. IX 661: finis

adest iuveni; Mart. IV, 54, 4: extremumque tibi adesse putas. Vss. pulchris 96 sqq. poetam indole ingenua praeditum esse videmus. 97. **excidium: fugere ferae:** cf. Verg. G. I 330: terra tremit; fugere ferae. Hesiod. Opera et Dies 512 et 529 sq.: *θηρες δὲ φρίσσουσ' φεύγουσιν.* 97 sq. **nidosque — absiliunt:** „nidoque” Heinsius male; constructio minus solita praeferenda est. Verbum c. acc. construitur, quod eodem fere sensu quo *relinquere, evitare* e.a. usurpatur; sine obiecto legitur Th. X 374, 879. — Composita minus usitata, quae apud nostrum obvia sunt, C. Brakman (Mnemosyne 1929 p. 254 sq.) enumerat. 98. **metus urget:** ut Handius in annotatione ad S. I, 2, 36 observavit, Statius verbis sic interpositis admodum delectatur. Cf. Th. IX 63 — et poteras —; X 69 — potes —; S. I, 2, 17 — pande fores! —, 37 — contigit! —. E multis exemplis addo: Th. I 235, 238, 273, 545, 682; III 54, 100, 374, 609; II 108, 249, 488; IV 193, 204, 318, 724, 739; V 20, 109, 454 etc.; VI 129, 152, 169, 213 sq., 250, 744, 907, 919. Quamquam locos comparandos iam ad v. 84 enumeravi, tamen non ab re esse videtur, hic nonnullos proferre. Ennius Ann. III 187 Vahlen:

incedunt arbusta per alta, securibus caedunt,
percellunt magnas quercus, exciditur ilex,
fraxinus frangitur atque abies consternitur alta,
pinus proceras pervortunt: omne sonabat
arbustum fremitu silvai frondosai.

Verg. A. VI 179 sqq.:

itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum,
procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex
fraxineaeque trabes cuneis et fissile robur
scinditur, advolvunt ingentes montibus ornos.

A. XI 135 sqq.:

ferro sonat alta bipenni
fraxinus, evertunt actas ad sidera pinus,
robora nec cuneis et olentem scindere cedrum
nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Ovid. Met. X 90 sqq.:

non Chaonis abfuit arbor,
non nemus Heliadum, non frondibus aesculus altis
nec tiliae molles, nec fagus et innuba laurus

et coryli fragiles et fraxinus utilis hastis
 enodisque abies curvataque glandibus ilex
 et platanus genialis acerque coloribus inpar
 amnicolaeque simul salices et aquatica lotos
 perpetuoque virens buxum tenuesque myricae
 et bicolor myrtus et bacis caerulea tinus.
 vos quoque, flexipedes hederæ, venistis et una
 pampineæ vites et amictæ vitibus ulmi
 ornique et piceæ pomoque onerata rubenti
 arbutus et lentæ, victoris præmia, palmæ
 et succincta comas hirsutaque vertice pinus,
 grata deum matri, siquidem Cybeleius Attis
 exiit hac hominem truncoque induruit illo.
 Adfuit huic turbæ metas imitata cupressus,
 nunc arbor, puer ante deo dilectus ab illo.

Sil. Ital. X 530 sqq.:

sonat acta bipenni

frondosis silva alta iugis. hinc ornus et albae
 populus alta comæ, validis accisa lacertis,
 scinditur, hinc ilex proavorum condita saeclo.
 devolvunt quercus, et amantem litora pinum,
 ac, ferale decus, maestas ad busta cupressos.

Lucan. III 440 sqq.:

procumbunt orni, nodosa impellitur ilex,
 silvaque Dodonis et fluctibus aptior alnus
 et non plebeios luctus testata cupressus
 tunc primum posuere comas, et fronde carentes
 admisere diem, propulsaque robore denso
 sustinuit se silva cadens.

ardua fagus: alta fagus. Cf. S. II, 3, 4: arbor — ardua; S. II, 2, 55: ubi nunc nemora ardua cernis. Cf. etiam Verg. G. II 67: ardua palma; Ovid. Met. IV 90; Am. I, 14, 12; Lucan. II 695; Sil. Ital. V 481; Claud. carm. min. 27, 32. 99. **Chaoniumque nemus:** per antonomasiam pro *quercus*. Putida elaborataque eruditione poetae Romani voce *Chaonius* pro *Dodonaeus* utuntur; Chaonia enim est regio in Epiro sita, sacris quercetis celebris. Cf. Val. Flacc. VIII 460: Chaonio — trunco; Ovid. Met. X 90: non Chaonis abfuit arbor = quercus; Lucan. III 441: Sil-

vaque Dodonis; Sen. Oed. 728: „supra Chaonias celsior arbores”. Quercum Iovi sacram Dodonae gloriam fuisse nemini notum non est. Cf. Bursian Geogr. Gr. II 67. **nemus**: per synecdochen (totum pro parte) pro *arbores*. Cf. Lact. Plac. ad l.:dixit autem Chaonium nemus a toto partem ostendens. Simili ratione *nemus* pro *arbore* legitur: IV 455, VIII 546, IX 587; S. I, 3, 17; II, 2, 62. Cf. Lucan. III 248. Pro *fronde* autem ponitur *nemus*: S. V, 1, 48; ut *silva* S. III, 1, 185 et V, 5, 30. **brumaeque inlaesa**: = semper virens; cf. de re Theophrastus Hist. I, 15 et Senecae Oed. 532 sqq.: Cupressus altis exserens silva caput/virente semper alligat trunco nemus. — *Brumae* est dativus, cf. Kühner—Stegm. II, 1 § 76 Anm. 12b (p. 325), quo loco agitur de dativo qui invenitur in adiectivis in quibus vis passiva inest. — Vox *bruma* apud poetas latiore sensu sumenda est pro tempore hiemis frigorisque; cf. apud nostrum e.g. Th. IV 421, 834; VII 287; S. IV, 1, 24. 100. **procumbunt piceae**: Cf. Verg. A. VI 180: procumbunt piceae; Plin. Nat. Hist. 16, 40: picea feralis arbor..... ac rogis virens. Eodem loco versus apud Lucanum (III 440) invenimus: „procumbunt orni”. **flammis alimenta supremis**: per metonymiam pro *alimenta flammis rogalibus*, vox *alimenta* autem metaphoricè usurpatur. Cf. Ovid. Met. XIV 532: alimenta que cetera flammae; XIV 352, VIII 837; Aetna 386; Epiced. Drusi 255; Liv. XXVII, 3, 3; Manil. I 821; Lucan. III 683; Sil. Ital. XVII 97; Tac. Hist. II 21. Cf. etiam Ovid. Met. VII 79. Antiquissime ignis animal quoddam animo fictus esse videtur: unde metaphora *alimentum*. 101. **iliceaeque trabes**: = iligneae, ilignae —; sine dubio metri causa pro *ilices*. Hoc adiectivum a Papinio primo in versu positum est, ut duo alia in — *eus* exeuntia: *taxeus* (S. V, 5, 29), *mastaceus* (S. I, 6, 19). — *Trabes* metonymice pro *arbores*, ut Th. XII 52, 233; IX 468; Ach. I 597. Ponitur vocabulum nostrum pro *naves* Th. V 422; Ach. I 44; S. III, 2, 70; pro *hasta* Th. V 566, III 149, IX 124; pro *clava* Th. I 621; pro *aries* Th. X 527. 101 sq. **metuendaque suco/ taxus**: *Taxus metuenda suco* appellatur propter bacas veneniferas. Cf. Plin. Nat. Hist. XVI, 10, 20: Mas noxio fructu. Letale quippe baccis, in Hispania praecipue, venenum inest; Verg. G. V 257: taxique nocentes; Claudian. de R. Pros. III 386: pestiferas — taxos. Cf. etiam Verg. Ecl. IX 30; Georg.

IV 47. Vide etiam V. Hehn l.l. p. 531: Die Eibe, *Taxus baccata*, war schon im Altertum als giftig gefürchtet, darum ein dämonischer, den Todesgöttern geweihter Baum. Als Catuvolcus, ein König der Eburonen, an seiner Lage verzweifelte, nahm er sich durch Taxusgift das Leben. Caesar, de b.g. VI 31, 2. Wie bei den Alten wurde auch im Mittelalter die Eibe gern auf Leichenfeldern gepflanzt. — De voce *sucus* consule Scholte ad Ovid. Ex Ponto I, 10, 27 (diss. Groningana 1933). **potura cruores**: per metaphoram. Cf. XII 719: *potura cruores/ terra*. Cf. etiam Ilias XXI 168: (*μελή*) *λλαιομένη χροός ἄσαι*, v. 70, XI 574. 103. **fraxinus**: e ligno enim fraxineo hastae fabricari solebant. Cf. Ovid. Met. X 93: *fraxinus utilis hastis*; V 9: *fraxineam* — *hastam* = XII 122, 324, 369; V 143: *fraxinus* = *hasta*, ut Th. VIII 716. Cf. vox Graeca *μελή*, quae etiam per metonymiam pro *hasta* ponitur. **situ**: per metonymiam pro antiquitate, vetustate. Cf. S. I, 4, 127: *Nestoreosque situs*, Th. VII 745: „*victa situ*”, passim. **expugnabile**: metaphorice, cf. Th. IV 837. Hoc adiectivum Statius primus in linguam poeticam ascivit (cf. Liv. XXXIII 7). Quamquam multa alia adiect. in — *bilis* exeuntia recepit, tamen nulla excepto uno (*speculabilis*, Th. XII 624) novavit. Adiect. in — *bilis* desinentia epicis valde placuisse docet Ploen (de copiae verborum differentiis — diss. Argent. vol. VII p. 49 et 54). Cf. etiam Schamberger l.l. p. 279 sq. In versus secunda parte ante pedem sextum adiectiva huius formae poetis acceptissima erant, cf. apud nostrum Th. I 214: *exsaturabile Diris*; ibid. 395: *exitabile dictu*; IV 192, 836; V 453; VII 90, 484; I 34; XI 610; S. IV, 6, 41; S. V, 1, 164; Ach. II 58. Cf. Verg. A. V 781: *exsaturabile pectus*. Ovid. Pont. I, 7, 41: *excusabilis esset*. Praeterea: Th. II 594: *inexpugnabilis* obstat; I 5: *inexorabile pactum*; V 45; IX 502, 549; S. I, 4, 1; III, 3, 172. Cf. etiam Cat. LXIV 112: *inobservabilis error*; Verg. A. VI 27: *inextricabilis error* (et Norden ad l.); Ovid. Met. VII 511: *inexcusabile tempus*. **robur**: sensu proprio = *quercus*. 104. **audax abies**: metonymice: quod ex trabibus abiegnis navis facta navigare in mari audet: „temptare Thetim ratibus” Verg. Ecl. IV 32. Vide ad v. 19. Cf. Verg. G. II 68: „casus abies visura marinos”, quo loco *abies* per metonymiam ponitur pro navi, ut Verg. A. VIII 91, V 663. *Abies* apud nostrum Th. IX 552

per metonymiam pro *telo* usurpatur. Ad usum metaphoricum vocis *audax* cf. S. V, 3, 49: audacia saxa. Cf. etiam Sen. Med. 607: audacis carinae. **odoro vulnere**: *odoro* propter resinam. 105. **adclinant**: c. dativo construitur. Cf. Th. III 265 sq.: tunc pectora summo/ adclinata iugo; S. IV, 2, 51: gaudebat strato latus adclinare leoni. **intonsa cacumina**: per metaphoram. Simili ratione de arboribus frondosis: Th. IV 420; S. IV, 7, 10. Cf. etiam Verg. A. IX 681: quercus intonsa caelo/ adtollunt capita; Ecl. V 63: intonsi montes = silvestres montes. Vide Forbigerum ad l. 106. **alnus amica fretis**: alnus nascitur in aquosis locis et aptissima est navibus fabricandis (Forcellini). Cf. Sil. Ital. III 458: alnus fluminea: Lucan. III 442: et fluctibus aptior alnus; Verg. G. I 136: tunc alnos primum fluvii sensere cavatas; ibid. II 451: torrentem undam levis innatat alnus; ibid. II 110: fluminibus salices crassisque paludibus alni nascuntur. Cf. etiam Varro rust. I, 7, 7: non possunt vivere nisi in loco aquoso; Vitr. II, 9, 10: alnus, — quae proxima fluminum ripis procreatur; Plin. Nat. Hist. I 16, 77: non nisi in aquosis proveniunt salices alni populi. **nec inhospita**: adverbium *nec* solum ad *inhospita* pertinet. Eodem loco versus haec vocabula leguntur: Ovid. Met. XV 15. Alios locos, quibus negatio ad unam tantum vocem pertinet enumerat Markland ad S. I, 1, 82. Cf. Th. IV 376 sq.: hoc tibi semidei munus tribuere parentes/ nec mortalis avus? = et immortalis avus; S. V, 2, 110: conatusque tuos, nec te reus ipse timebat [nec M; de Baehrens; pro Markland — s. r. i. tenebat Phillimore] = et ipse is, qui non erat reus, te timebat; S. I, 2, 254: nec tristis in ipsis/ Naso = et non tristis Naso. Cf. etiam Verg. A. V 781: nec exsaturabile pectus = et inexasurabile pectus. De usu[†] formarum *nec* et *neque* vide Heuvel ad I 222. **nec inhospita vitibus ulmus**: ulmus propter foliorum raritatem maxime idonea erat maritandis vitibus. Cf. Th. VIII 544: sic ulmus vitisque, duplex iactura colenti,/ Gaurano de monte cadunt, sed maestior ulmus/ quaerit utrumque nemus (i.e. se ipsam sc. ulmum et vitem), nec tam sua bracchia labens/ quam gemit adsuetas invitaque proterit uvas; Ovid. Met. X 100: amictae vitibus ulmi (vide Korn—Ehwald ad l.); ibid. XIV 661 sqq.; Verg. G. I 2: ulmisque adiungere vites. Ibid. Ecl. II 70: frondosa vitis in ulmo est; G. II 410: bis vitibus ingruit umbra;

Juven. VI 149: ulmi Falernae = Falernae vites ulmis fultae; Heinze ad Hor. Epod. 2, 10. **dat gemitum tellus** = edit gemitum. Eadem metaphora eodem loco versus redit v. 627. Cf. Verg. A. XII 713: dat gemitum tellus; IX 709: dat tellus gemitum. Proprio sensu haec coniunctio occurrit Th. IV 23: dant gemitus (cf. Verg. A. XI 377: dat gemitum). Vide Forbigerum ad Verg. A. XII 713. Verbum *dare* c. obi. saepe invenitur ad circumscribendum verbum intransitivum, de qua re vide Brinkgreve ad Ach. I 68, 9. Permulta exempla Langen ad Val. Flacc. IV 49 enumerat. Cf. etiam Rubenhauer in Thes. V. 1686. **non sic**: St. ex natura inanima permultas comparationes petivit, quarum maximum numerum complent ventorum et tempestatum descriptiones. Cf. I 193 sq., 479 sqq., III 432 sqq., V 704 sqq., VI 299 sq., VII 86 sqq., 223 sqq., 560 sq., 625 sqq.; VIII 423 sqq., IX 523 sqq., X 246 sqq., 537 sqq.; XI 114 sqq., XII 650 sqq., 728 sqq. Hac comparatione primum arbores per totam silvam caesae, deinde, quam celeriter hoc factum sit, describitur. Poeta raro utitur duabus vel pluribus comparationibus ita coniunctis ad res diversas illustrandas (cf. VIII 407 sqq.). Contra persaepe comparationes coniunctas ad eandem rem illustrandam usurpat: cf. Th. III 356: ceu turrem validam aut artam compagibus urbem; V 349: densarum pecudum aut fugientum more volucrum; VII 709 sq.: Ceu letifer annus/ aut iubar adversi grave sideris; XI 461: Ceu soror infelix pignantum aut anxia mater; ibid. 274: Ceu caelo demissa lues inimicave tellus; XII 559: Ceu sator Eumenidum aut Lethaei portitor amnis. Paulo verbosiores invenimus I 475 sqq., VI 298 sqq., XII 728 sq. Eam rationem scribendi Horatius *variare* appellat (A. P. 29), graece dicitur *ποικίλλειν*. Cf. etiam Orellium ad Hor. Art. poet. v. 29, vel potius O. Immisch: Horazens Epistel über die Dichtkunst (Philologus, Supplem. XXIV, 3; 1923) p. 38. — De versus forma cf. ad v. 22. 107/110. **non sic**..... **nemus**: scil. ut terra gemit; etenim minore vi Ismari silvae erutae abripi solent, cum aquilo ex antro suo erumpens gelidum caput tollit; minore velocitate noto saeviente flamma nocturna nemus secat. Qua comparatione poeta noster èt arbores caedentium impetum èt caedendi celeritatem egregie pingit. — 107. **Non sic**: cf. Sen. Agam. 64, Phaedr. 764 et v. Wageningen ad l. 108. **Ismara**: vineta Ismaria. De voce cf. Hehn

l.l. p. 579; de vino Ismario ibid. p. 67 sq. Consule etiam Oberhummer, P. W. IX 2134 sq. Ismarus mons Thraciae est olivetis ac vinetis consitus. Cf. e.g. Verg. G. II 37 sq.: iuvat Ismara Baccho conserere; Ovid. Fast. III 410: fertur in Ismariis Bacchus amasse iugis; Odyss. IX 44, 196 sqq. Quod attinet ad terminationem —a: identidem plurales casus nominum geographicorum neutrius generis pro numero singulari masculini generis invenimus, e.g. Maenala (Th. IV 285, VII 80, primus e Latinis Verg. Ecl. X 55), Taenara (Th. II 32, cf. Senec. Troad. 413). Nomen *Ismara* exstat apud nostrum Th. IV 385, VII 685; S. I, 2, 224 et primum invenitur apud Lucretium (V 31). **Boreas**: eum iam Homerus ventum magnum habet (Odyss. XIX 200: *ἄνεμος μέγας*) et in numerum ventorum ducit qui sunt *ζαχρηεῖς* (Ilias V 525) eumque appellat *ἀκραής* (Odyss. XIV 253). Vim huius venti Ovid. Met. VI 690 sqq. describit. Vide Rapp ap. Roscher I 803 sq. De antro Boreae cf. Plin. N. H. VII 10: „ab ipso Aquilonis exortu specuque eius dicto, quem locum *γῆς κλειῖθρον* appellant”. Apud nostrum cf. Th. I 346 sq.: iam claustra rigentis/ Aeoliae percussa sonant. Cf. etiam Rapp in l.l.c. 805 sq.; Wernicke, P.W. III 755 sq. **caput extulit antro**: eadem clausula apud Ovidium occurrit Met. III 37. Cf. etiam Verg. A. I 127: caput extulit unda (sc. Neptunus); Val. Flacc. I 641 sq. Neptunus — caeruleum fundo caput extulit. 109. **noto**: per synecdochen (species pro genere) pro *vento quolibet*, ut I 293, 404; II 194, III 486, IV 25, 315; V 368, VI 158, 943; Ach. II 20; S. V, 1, 146 sq.; cf. Verg. A. IV 562. Eodem sensu usurpatur *eurus*, Th. VI 521, VII 86 cf. Verg. A. VIII 223, et *zephyrus*: Th. II 4; III 515, VI 612, VII 338, VIII 716, Ach. II 46; S. III, 1, 156. Cf. Verg. A. IV 562. **noto citius**: celeritas apud nostrum saepe comparationibus illustratur: Th. II 469 sqq., III 317 sqq., V 349; VI 114 sqq., 298 sqq., 405 sqq., 598 sqq.; VII 582 sq., X 674 sq. **peregit**: codices; Lindenbrogius: peredit. Nihil mutandum est. Cf. Th. V 574: longus vix tota peregit/ membra dolor; (peredit: Lachmann; peragrat: Garrod). Analogia verbi *conficere* verbum *peragere* idem valere atque *delere* verisimile est. Cf. etiam *καταχρᾶσθαι*. *Peregit* est perf. gnom., cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 560. **linquunt**: promiscue apud nostrum formae *linquo* et *relinquo* inveniuntur. 110 sq. **dilecta locorum/ otia**: dilecta loca

otiosa. 111. **cana Pales**: De qua dea agresti Italorum vide Wissowa ap. Roscher III 1276 sq. s.v.; Preller—Jordan, Röm. Mythol. I p. 413 sqq. Poetae deae partim epitheta attribuunt, quae designant antiquitatem et venerationem cultus Palis, ut *grandaeva* Nemesian I 68; *veneranda* Verg. G. III 294; *magna* Verg. G. III 1; Colum. X 4; *sancta* Verg. Cul. 20; *cana* loco nostro, partim quae cohaerent cum vita pastorum, ut *placida* Tibull. I, 1, 36 (cf. Kirby Flower Smith ad l.); *alma* Ovid. Fast. IV 722; *silvicola*: ibid. 746; ibid. 776: *pastorum domina*. — De Palis cultu antiquo cf. Verg. Ecl. V 35; Prop. IV 1, 19 sq.; IV 4, 73; Ov. Met. XIV 774. **Silvanusque arbiter umbrae** = dominus nemorum (Lactantius); per metonymiam. Silvanus velut Pales numen Italicum agreste est. De re cf. Peter ap. Roscher IV 824 sqq. s. v.; Preller—Jordan, l.l. I 392 sqq.; Klotz, P.W. III A 118, s.v.; Wissowa, Silvanus u. Genossen l.l. p. 90. Cf. Nemesian. 2, 56: et nemorum Silvane potens; Verg. A. VIII 600 sq.: Silvano..... arborum pecorisque deo. 112. **semideumque pecus**: expressio correpta pro: semidei formam pecudis habentes. Alludit poeta ad Panem vel Panes (cf. S. II, 2, 106: montani — Panes), quorum corpus miscetur e forma humana et forma pecudum, quique sunt bimembres (cf. Th. I 547 sq.: bimembres Centauros). Cf. etiam Ovid. Met. XIV 515: semicaper Pan; Fast. III 312: quatiens cornua Faunus; II 361: cornipes; V 93: semicaper; V 99: bicornis; Ovid. Her. IV 49: aut quas semideae Dryades Faunique bicornes; Met. I 192 sq.: sunt mihi semidei, sunt rustica numina, Nymphae/ Faunique Satyrique et monticolae Silvani. Vide K. Wernicke ap. Roscher III 1433 s.v. Pan. A poetis Romanis Pan cum Fauno vetere numine Italico adaequatur. Vide Wissowa ap. Roscher I 1454 (s.v. Faunus). — Ut iam Heuvel ad Th. I 206 observavit, Stadius plerumque adiective utitur voce *semidei*, cf. Th. III 518, V 373, IX 376, Ach. II 77. **adgemit**: metaphorice; = simul cum illis ingemit. Hoc verbum compositum apud nostrum primum occurrit: Cf. XI 247: uterque loquenti adgemit. Vide ad v. 4. 113. **nec**..... **Nymphae**: nec Nymphae quercus dimittere possunt quas amplectuntur. De re cf. ad v. 95. **robora**: per synecdochen (species pro genere) pro *quovis ligno vel arbore*, cf. Th. IV 426 sq.: robore in omni/ effictam —, II 619, XII 61, 425

passim. 114. Comparisonis quae sequitur sententia haec est: non aliter quam si dux militibus praedae avidis urbem captam diripiendam dat, et simulac signum cecinit, extemplo urbs tota diruta est. **possessas** — **arces**: urbem captam. Ad quam vocis vim cf. e.g. Th. V 689. **avidis**: sc. praedae. 115. **raptare**: quod verbum Statius metro coactus usurpavit pro *rapere*, ut pro *sustinent*: sustentant (Th. VI 133), pro *advenire*: adventare (Th. I 397, V 360, XI 202), pro *advenimus*: adventamus (Th. VIII 319), pro *consulunt*: consultant (Ach. I 492). Multa tamen exornandi et novandi studio tribuenda esse puto. **dedit** = concessit. Verbum *dare* apud nostrum saepe c. inf. construitur, e.g. V 271: dum fata dabant tibi, nate, potentem Lemnon — servare; VII 93: da, parve, tuum trieteride multa instaurare diem; IX 96: da iungere vires; VII 766: nec insisti madidus dat temo; ibid. 205: aut Lapithas Marti aut veterem Calidona Dianae expugnare dedi; S. III, 2, 105: cui ductor Eoa signa Palaestinasque dedit frenare cohortes, et multis aliis locis. Cf. etiam Verg. A. VI 697: da iungere dextram. Vide de ea re Stolz—Schmalz, Lat. Gramm. ⁵ p. 580. **dedit, vix**: per asyndeton. **audita**: sc. sunt. 116. **ducunt sternuntque abiguntque feruntque**: Cf. enumeratio verborum eiusmodi apud Sallustium (Jug. 41, 5): populus libertatem in lubidinem vertere, sibi quisque ducere trahere rapere; Quint. inst. II, 12, 1: effringere quam aperire, rumpere quam solvere, trahere quam ducere putant robustius; Paul. dig. 32, 2, 1: eundi agendi ducendi facultatem. Enumerationes tales iam latinitati priscae acceptissimae erant, cf. e.g. Plaut. Bacch. 817; Persa 331; Merc. 833; Terent. Phorm. 135 sq.; 103 sq., ad quem locum vide Dziatzko—Hauler, qui iniuria hanc figuram verborum proverbium esse putat. — De versus forma cf. ad v. 22. 117. **immodici** = immodice. Adiect. pro adverbio. Cf. Ovid. Met. VI 673: prominet immodicum pro longa cuspide rostrum. **minor ille fragor**: cum ellipsi verbi *esse*. Cf. Th. V 393: fragor inde iugis; VII 615: saevus iam clamor; X 95: non illic caeli fragor; sed S. III, 1, 132: Lemniacis fragor est. **minor**..... **gerebant**: Cf. S. I, 2, 89: minor ille calor quo saeva tepebant/ aequora. **gerebant**: ita P Q² M^σ; N. geruntur, regebant N mg. Imperfectum praefendum est, quod pugna urbis expugnationi antecedit.

Praeterea scribam scrupulose observantem vocabulum *regebant* in margine recepisse probat hoc loco imperfectum tantum accipi posse. Cf. etiam *Silvarum* locus supra laudatus (*tepebant*).

vss. 118—125. Duo rogi exstructi sunt: alter Opheltis umbrae (quem vs. 84 et sequentes iam illustraverunt) paratus, alter deis, ut anguis necati piaculum sit. Tibiis canitur. 118. Vss. 118—122 ita construantur: iamque aequus labor geminas aras pari cumulo auxerat, hanc tristibus umbris, illam superis, cum tibia cornu adunco signum luctus grave mugit; tibiae enim suetum est lege Phrygum maesta teneros manes producere. **geminas:** *geminus* pro *ambo*, *uterque*, *duo* noster saepe posuit: cf. Th. I 34, II 362, 498 sq.; III 466; IV 86, 272, 653; V 516, VI 405 sq.; Ach. I 404, 439, 704 sq. Cf. etiam Verg. V 416, VI 789 et Norden ad l., G. IV 371, Ovid. A. Am. II 644, Fast. II 154. **tristibus umbris:** i.e. manibus Opheltis. Cf. Th. XII 91: *tristes Eteocleos umbrae*; Verg. A. V 734: „*tristes umbrae*”. *Tristia* vocantur omnia quae ad inferos pertinent, cf. e.g. Th. VIII 97 sq.: *tristis—Cerberus*; S. II, 1, 159: *tristis rogos*; *ibid.* V, 1, 204: *tristemque rogom*; II, 1, 177: *flammis—tristibus*. Adiectivum *tristis* Statius in deliciis habere videtur. Opera epica quibus titulus Aeneis et Thebais est, etsi parem fere versuum numerum habent, vocabulum hoc apud Maronem tricies septies, apud Statium contra bis et sexagies invenitur. 119. **ast:** de prisca hac particulae adversativae forma vide adnotationem viri d. Vollmer ad *Silv.* I, 4, 19. Cf. etiam ad v. 278. **superis:** in primis Iovi cuius serpens a Graecis interfecta sacra fuit. Vide ad v. 86. **auxerat aras:** i.e. alte exstruxerat. **aras:** = *rogos*. Norden ad Verg. A. VI 177 docet poetas Romanos simili ratione ac Patrocliae poetam (II. XXIII 161 sqq.) interdum sacrificia in rogo facta describere, qua de causa voce *ara* nonnumquam *rogum* designari. Cf. ad v. 210. Male vertit Mozley iam Barthio recte interpretato: *altars*; eodem modo Bindewald et Imhof erraverunt. 120. **cum signum luctus cornu grave mugit adunco:** onomatopoiia, cf. Th. III 36, 44; X 922. Cf. de re Norden l.l. p. 417: „*besonders beliebt als malerisches Mittel ist das dumpfe u. Ferner u + m, u + r,*

u + s." **cornu grave mugit**: codices; grave cornu immugit: Wakefield. Sed cf. VI 28: regia mugit; IX 479 sq.: cum Bacchica mugit/ buxus; VII 65 sq.: mugire — corniger Hebrus. De usu huius verbi vide ad v. 28. — Bachrens ad Cat. LXIII 22 de eo gravi sono egit; cf. etiam Eurip. Hel. 1351: βαρύβρομον αὐλόν. **grave mugit**: poetae accusativos adiectivorum in neutro genere utriusque numeri adverbialiter ponunt, ut Verg. A. IX 621: dira canentem; XII 398: acerba fremens; IX 732: horrendum sonuere. Sed quoniam iuncturae quales *grave sonat*, similia versui dactylico inseri non poterant, apud Verg. adverbium *graviter* invenimus: A. VII 753: graviter spirantibus hydris; XII 295: graviter ferit; X 789: ingemuit — graviter; id. 823; G. III 88: graviter sonat; ibid 374: graviterque rudentes; IV 31 graviter spirantis; 452: graviter frendens, cf. 456: graviter — saevit. Vide ad v. 14. **cornu — adunco/ tibia**: = tibia Phrygia. Cf. Tib. II, 1, 86: tibia curva; Verg. A. XI 737: curva — tibia; Cat. LXIII 22: tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo (vide Bährens ad l.); Ovid. Met. III 533: „adunco tibia cornu” et Haupt—Ehwald ad l.; ibid. Fast. IV 181: inflexo Berecynthia tibia cornu; Ex Ponto I, 1, 39: „cornu tibicen adunco” et Scholte ad locum. Tibia Phrygia e fistula lignea directa, in cuius summo cornu quoddam vel metallum curvatum (κόδων) religatum erat, composita erat. Quam formam epitheton *curva* probat. 121. **tibia**: In funeribus exsequendis Romani tibiis uti solebant. De qua consuetudine cf. Marquardt l.l. I 357; Blümner l.l. p. 491 sq.; Daremberg et Saglio s.v. funus, fig. 3340, 3341, ubi Graecis idem fuisse in usu videmus. Samter, Geburt, Hochzeit, Tod p. 12 tibiis canere proprie ἀποτροπαιον fuisse demonstrat. **suetum**: ellipsis verbi *est* in locutionibus quae impersonales dicuntur, frequens est. Cf. I 442 sq.: triste parumper/ pacem animo somnumque pati; II 163: longum enumerare; IV 78 sq.: seu quis mutare potentes/ praecipuum; id. 276 sq.: nemorum quos stirpe rigenti/ fama satos; id. 350 sq.: aut umeros clipeo clausisse paterno/ dulce; VI 143 sq., 203, 292 et alias. **teneros — manes**: i.e. manes liberorum (metonymice). Quo versus 121 spectet, obscurum est. Viri cl. Mau explicatio enim recta esse non potest (P. W. III 351): vielleicht waren bei Kindern nur tibiae möglich. Quippe in funeribus omnibus

tibiae in usu erant. Cf. Marquardt l.l. p. 357, qui affert Servium ad Verg. A. V 138: sed sciendum maioris aetatis funera ad tubam solere proferri: Persius <III 103> hinc tuba, candelae: minoris vero ad tibias, ut Statius de Archemoro (tibia cui) teneros solitum deducere manes. — Fortasse tibia Phrygia curva tibiae Romanae par non sit. **suetum producere:** Pω; solitum deducere: Servius, (ad Verg. A. V 138) quae lectio fortasse lapsui memoriae imputari debet. **producere:** = προπέμπειν. Cf. S. II, 1, 20 sq.: puerile feretrum/ produxi. 122. **lege Phrygum maesta:** quod Pelops rex Olympiae, qui ut tibiis canerent in funeralibus praecepit, (cf. 122 sq.) Phryx erat. Cf. Soph. Aias 1291 sq.: οὐκ οἶσθα, σοῦ πατρὸς μὲν ὅς προύφν πατήρ,/ ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα; De origine Phrygia Pelopis consule Bloch ap. Roscher III 1867 sq. Phryges in cultu Magnae matris tibiis usi sunt: cf. Tib. II, 1, 86; Hor. Od. III 19, 18: Cur Berecynthiae (= Phrygiae)/ cessant flamina tibiae; ibid. IV, 1, 22 sq.: Berecynthiae — tibiae (ad quos locos cf. Orellium). Cf. etiam Eurip. Bacch. 127 sq.: ἄδν βόα Φρυγίων/ αὐλῶν πνεύματι; Plut. de mus. 5: Ἀλέξανδρος δ' ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας κρούματα Ὀλυμπον ἔφη πρώτον εἰς τοὺς Ἑλληνας κομίσαι, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἰδαίους Λακτύλους Ὑαγνὴν δὲ πρώτον αὐλῆσαι, εἶτα τὸν τούτου υἱὸν Μαρσύαν, εἶτ' Ὀλυμπον; R. Ellis ad Cat. LXIII, 22. *Lex* idem valet atque *consuetudo, usus*. **monstrasse** = docuisse. *Monstrare* idem valet atque εὐρίσκειν, *monstrator* est εὐρετής. Cf. e.g. Verg. G. I 18 sq.: oleaeque Minerva/ inventrix, uncique puer monstrator aratri (i.e. Triptolemus); Ov. Ib. 399: sacri monstrator iniqui (i.e. Thrasyllus); Hor. Ars poetica 74: quo scribi possent numero, monstravit Homerus; Hor. Sat. II, 8, 51 sq.: inulas ego primus amaras/ monstravi incoquere. De voce εὐρετής cf. A. Kleingünther, Πρῶτος Εὐρετής, Philol. Supplem. Bd. XXVI, Heft 1, 1933. 123. **carmenque minoribus umbris/ utile:** vernacule: muziek van goede uitwerking op de schimmen van jonggestorvenen. De re cf. ad v. 121. Carmen etiam instrumentis musicis fit, cf. e.g. Th. XI 56, VIII 347; Hey in Thes. III 468 sq. — Telestes apud Athen. 14, 626 A Pelopi attribuit, quod musica Lydia et Phrygia in Graeciam infusa est. **minoribus umbris** = manibus infantium. **geminis** — **pharetris:** per metonymiam pro *sagittis Apollinis Dianaeque*. Cf. v. 9. **consumpta:** i.e. perdita.

125. **bissenas**: pro *duodecim*, quod in hexametrum inseri non potest. Cf. Th. II 307; III 574; XII 811; S. I, 2, 174; *ibid.* 4, 53; III, 1, 18. (cf. etiam Enn. ann. 323). Eodem modo poeta pro *sedecim*, si ultima syllaba positione longa esset, usurpavit: *bis octoni* S. III, 3, 146; IV, 1, 1; V, 2, 12, cf. Ovid. Met. V 50, Moret. 18, pro *triginta*: *ter deni* Th. X 222, cf. Verg. A. VIII 47. Vide etiam Forbigerum ad Verg. A. I 71. Fusius rem tractavit F. Seibel: Quibus artificiiis poetae Lat. numerorum vocabula difficilia evitaverint, diss. Monac. 1909, p. 1 sq., p. 19 sq. **bissenas** — **urnas**: Sibi non constans (cf. Th. III 197 sq.: miseroque tumultu/ bina per ingentes stipabant funera portas) secundum Homeri auctoritatem (Ilias XXIV 603: τῆ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο.) duodecim tantum liberos Niobae fuisse poeta dicit. Verisimile est poetam e diversis fontibus hausisse numerum — (cf. Gellius Noct. Att. XX 7: mira et prope adeo ridicula diversitas fabulae apud Graecos poetas deprenditur super numero Niobae filiorum) et discrepantiam explicandam esse eo, quod poeta fabulas traditas magnopere revereatur vel ut aliis verbis dicam: poeta sciens duobus numeris usus est. Carcopino iam Vergilium tali modo fabulis inter se diversis usum esse demonstravit (Virgile et les origines d'Ostie, 1919, p. 538, 778). Norden autem (ad Verg. A. VI 273, p. 214, cf. etiam ad v. 617) poetas hac ratione id agere putat, ut magnam doctrinam prae se ferant. Sed utrique rei aliquid tribuendum esse veri est simile. Cf. etiam Sauer ap. Roscher III 373 s.v. Niobe, ubi de numero liberorum agitur. **Sipylon**: de terminatione Graeca vide ad v. 14. Est Tmoli montis pars, quae est inter Lydiam Phrygiamque. Consulas Büchner, P. W. III A. 275 sqq. Niobe cum urnas in Sipylum deduxisset, in lapidem versa est. De qua forma fabulae, quam poeta h. l. secutus est, cf. Sauer ap. Roscher III 380 l. 46 s.v. Niobe.

vss. 126—134. Iuvenes Argivi feretrum, in quo Opheltis reliquiae iacent, ad rogam versus portant. 126. **inferias**: erant teste Festo „sacrificia quae Diis Manibus inferebant”. Cf. Wissowa, R. u. K. p. 410 et adn. 9. Sed h.l. *inferiae* per prolepsin potius munera funeralia significant. Quae v. 211 sq. enumerantur. **fercula**: feretra muneribus

feralibus onusta. Ad *arsura* cf. S. III, 3, 37 sq.: nos non arsura feremus/ munera. — De hac consuetudine Romanorum cf. Blümner l.l. p. 500: Auch die Freunde u. Bekannten schickten allerlei Gegenstände, damit sie mit verbrannt wurden, die in der Regel im Zuge einhergetragen wurden und deren Menge von der Beliebtheit und dem Ansehen des Toten Zeugnis gab. Deinde multos locos affert. Cf. etiam Norden ad Verg. A. VI 177 sq. 126 sq. **primi/ Graiorum**: cf. ad v. 38. De voce *Grai* vide ad v. 5. 127. **titulisque... suae**: poeta haec dicit: non solum munera sed etiam titulos circumferunt, in quibus leguntur nomina gentium quae dona dederunt. Mos titulos ferendi in pompis unice Romanus est et alienus nimirum ab aetate heroica. Vide de re Becker, Gallus — London 1907 p.512, Kirchmann l.l. p. 142 sqq., Marquardt l.l. p. 359, Blümner l.l. p. 495. **titulisque pios testantur honores**: = titulisque inferias exornant, ut sunt pii. Per enallagen adiect. *pios. honores*: per metonymiam pro *inferias*, noto usu vocis (cf. e.g. Verg. A. III 118 et Forbiger ad locum; Sil. III 217; Val. Flacc. VI 152). 128. **longo post tempore**: quae formula saepe invenitur. Cf. Th. III 501, XI 394, 605; S. IV, 2, 64. Cf. etiam Verg. A. VI 409, Cir. 74. — Barthius ad locum recte observat: magnificam pompam translatorum ferculorum longum tempus consumpsisse dicit. — Ad. vs. 128 sqq. meis ipsius verbis uti mihi liceat: longo post tempore — poeta nos spectatoribus velut inserit — comites lugentes lectum funebrem, quem humeris sustinent adulescentes a duce ex agmine toto electi, exspectant. 128 sq. **surgit/ colla super iuvenum**: Cf. Th. X 786: „colla inter iuvenum”. Ut corpora imperatorum Romanorum a senatoribus et magistratibus efferebantur, ita Lycurgi filiulus ab exercitus primoribus effertur. Cf. Appianus, de bellis civ. I c. 106: τὸ δὲ λέχος ὑποδύντες ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρες εὐρωστοὶ διεκόμιζον ἐς τὸ πεδῖον τὸ Ἄρειον. De hoc usu vide Becker l.l. p. 513, Kirchmann l.l. p. 145, Marquardt l.l. p. 360, Blümner l.l. p. 495 sq. — De anastrophe *colla super* cf. Heuvel ad Th. I 255; consule etiam de re Stolz—Schmalz l.l. p. 494 sq. *surgit colla super* est expressio correpta pro: sublimis portatur in umeris. Ad locutionem nostram cf. Eurip. Alcestis 607 sq.: νέκυν. . . . φέρουσιν ἄροδην πρὸς τάφον τε καὶ πυράν. **dux**: = Adrastus (cf. ad v. 46). **legerat**: = elegerat. 130. **ipse** — **torus**: opponitur

inferiis et q.s. (v. 126 sq.). **fero clamore:** = cum fero clamore. Est abl. modi. **cinxere Lycurgum:** = Lycurgus gregibus procerum Argivorum stipatus est. — Ad quem usum verbi *cingere* cf. Th. IV 556: terrigenae comites illos, gens Martia, cingunt; Th. II 227 sq.: casta matrem cinxere corona/ Argolides; IX 351: at genetrix coetu glaucarum cincta sororum. 131. **Lernaei proceres:** = Nemeaei principes. Nomen *Lernaeus*, quod proprie ad lacum flumen urbem Argolidis pertinet (cf. Boethius, P.W. XII 2085 sqq.), poeta parum accurate pro *Nemeaeus* usurpat, ex noto illo studio orationem variandi. Cf. S. II, 1, 181: „anguiferae — Lernae” et Vollmer ad l.: Lerna steht für Nemea. Aliis locis *Lernaeus* idem valet atque Argivus: cf. Th. I 38, III 461, VIII 112, IX 124, XII 117 passim; sensu proprio autem hoc nomen legitur Th. I 385, II 376, V 748. **ambit:** = circumit. 131 sq. **mollior** — **turba:** expressio e *turba hominum mollioris sexus* correpta = turba feminarum. Tali modo genus masculinum *melius* appellatur, cf. Th. I 393 et Heuvel ad l., necnon IX 118: sexusque oblita minoris. **Hypsipyle:** de ea cf. Th. V. 38 sq.: „claro generata Thoante/ servitum Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi”. Erat nutrix pueri mortui quem in herba posuit, ne tarda dux Argivis sitientibus esset. Cum vitam multis verbis enarraret (cf. Th. V 49 sqq.), serpens Ophelten occidit (cf. Th. V 505 sqq.). Vide Stoll ap. Roscher I 2853 sqq. s.v., et lucidam expositionem v. d. Jessen, P.W. IX 441. Secundum originem Graecam poeta hoc nomen in *-e* terminavit. Latine terminata sunt in carmine sexto: Alcmena (v. 288), Lerna (v. 516). **nec Hypsipyle raro subit agmine:** = appropinquat stipata densa caterva. — Coniunctio *nec* ad adiect. *raro* tantum pertinet (cf. ad v. 106). Vox *agmen* extra rem militarem de hominum turba usurpatur, cf. e.g. Th. V 652, VI 897, 569, 254 passim. Cf. Verg. A. V 378, 549, 562; VI 712, 749 alibi. **vallant:** per metaphoram pro *protegent*; supplendum est *eam*. Ad usum translatum verbi *vallare* cf. Th. V 17, IX 501, X 564, XII 17, 182; Ach. I 491; S. II, 6, 92; V, 1, 156. 133. **Inachidae:** cf. ad v. 3. **memores:** carmine quinto v. 650 sqq. poeta vividum in modum narrat non multum afuisse, quin Lycurgus Hypsipylen cum lacero puero redeuntem furens transfoderet; duces autem Argivos ei succurrisse et Amphiaräum rixantes separavisse. — Ad usum ab-

solutum huius adi. cf. Th. X 446; S. II, 4, 18. **sustentant**: vide ad v. 115. **nati**: Thoas et Euneos (cf. Th. V 710 sqq.), qui modo matrem diu exquisitam recognoverunt. Cf. Steuding ap. Roscher I 1404 s.v. Euneus, Stoll ibid. I 2854 s.v. Hypsipyle. — Secundum aliam fabulae formam Hypsipylae filii matrem recognoverunt post cursus certamen, cf. Ribbeck, röm. Trag. p. 161. 133 sq. **livida — bracchia**: propter planetum. Cf. Th. VII 475 sq.: *bracchia planctu/ nigra*. Cf. etiam Ovid. Met. VI 279: *liventia bracchia tollens*. 134. **concedunt plangere**: verbum *concedere* a Statio saepe cum infinitivo construitur: Th. V 329, VII 243; S. I, 1, 78; 2, 68; III, 1, 175; Ach. I 358. In passivo impersonali iam aetate classica ita construitur. Vide Stolz—Schmalz, Lat. Gramm.⁵ p. 580, 605. **inventae — matri**: vide ad v. 133. Cf. etiam v. 340 sq.: *nova gloria matris/ Hypsipyles*.

vss. 135—192. **Eurydices lamentatio**. 135. **infaustos**: locis Statianis (Th. III 178, IV 742) *infaustus* eandem significationem habere videtur atque *funestus* (cf. *funus* = mortis contagio). **egressa**: sc. est, sensu proprio. De constructione verbi egrediendi cf. ad v. 33. **penates**: i.e. regiam, metonymice. 136. **nudo — pectore**: talis mulierum maerentium habitus erat. Cf. de re Blümner l.l. p. 497, Marquardt l.l. p. 361, Heuvel ad Th. I 593. Vs. 136 sq. ita explicatur: veste lugubri induta et pectora plangens clamorem subitum edit et, postquam in questus flebiles sese profudit, fari orditur. **vocem de pectore rumpit**: Eadem clausula legitur XI 676. Cf. Verg. A. II 129: *rumpit vocem*; ibid. III 246: *rumpitque hanc pectore vocem*; IV 553: *tantos illa suo rumpebat pectore questus*; XI 377: *rumpitque has imo pectore voces*. Alios locos Forbiger ad Verg. A. II 129 et Langen ad Val. Flacc. I 508 (Berl. Stud. f. Phil. u. Arch., N.F. I, 1) enumerant. Graece etiam *φωνὴν ἐγγυρόναι*. Quod attinet ad praep. *de*: in latinitate posteriore *de* in locum venire incipit praep. *a*. **planctuque et longis praefata ululatus**: postquam longos planctus ululatusque praemisit. Adiect. *longis* non solum ad *ululatus* sed etiam ad *planctu* pertinere manifestum est. Verbum *praefata* omisit vim propriam. **infit**: sc. dicere, cf. Th. IX 789. Cf. Verg. A. X 101, quo loco etiam Maro voce *infit* simpliciter usus est. — Poeta noster complures

matres plangentes inducit: Iden (Th. III 151 sqq.), Atalanten (Th. IV 309 sqq.; IX 570 sqq.), Ismeniden (Th. IX 376 sqq.). Cf. etiam Th. V 608 sqq. Versibus, qui sequuntur, poeta nobis ad oculos demonstrat quid furens genetrix possit! — Apte comparentur, quae Hypsipyle exclamat cum alumnum suum a serpente elisum repperit (Th. V 608 sqq.):

„o mihi desertae natorum dulcis imago,
 Archemore, o rerum et patriae solamen ademptae
 servitiique decus, qui te, mea gaudia, sontes
 exstinxere dei, modo quem digressa reliqui
 lascivum et prono vexantem gramina cursu?
 heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis
 imperfecta sonis risusque et murmura soli
 intellecta mihi? Quotiens tibi Lemnon et Argo
 sueta loqui et longa somnum suadere querella!
 Sic equidem luctus solabar et ubera parvo
 iam materna dabam, cui nunc venit inritus orbae
 lactis et infelix in vulnera liquitur imber.”

De quibus versibus Lehaneur (de P. P. Statii vita et operibus quaestiones, diss. Parisiensis 1878 p. 199) observat: „etsi interdum poeta forsitan, non mater, loquitur, tanta inest eius dictis gratia ut vix decerni possit utrum magis lector moveatur, an delectetur. Ibi enim nonne pariter occurrunt quae studio ac disciplina consequi possis, eaque quorum non nisi paucissimis notitiam usumque dii concesserunt? Quis inter Latinos poetas, excepto Vergilio, Hypsipyles querelam gratioribus versibus inclusisset?” — Sed revertamur ad locum nostrum et audiamus quanta vehementia Eurydice dolorem ostendat! 138. **non hoc etc.**: adv. *non* praepositum vim patheticam habet. Cf. Verg. A. XI 152: non haec, o Palla, dederas promissa parenti; Claudian. Rapt. Pros. III 407 sqq. (= IV 76 sqq.):

Non tales gestare tibi, Proserpina, taedas
 sperabam; sed vota mihi communia matrum
 et thalami festaeque faces caeloque canendus
 ante oculos Hymenaeus erat.

Argolidum matrum: = Nemeaeorum feminarum. Cf. ad v. 17.
 139. **speravi**: = exspectavi. Cf. Th. VI 545, Verg. A. IV 419 ad quem l. vide Forbigerum; cf. etiam Buscaroli ad Verg. A. IV 292.

(Il libro di Didone, a. 1932). 139 sq. **nec..... tuorum:** = nec vota insana olim concipiens pueritiam tuam talem futuram mihi depinxi. 140. **annorum elementa tuorum:** = initium vitae tuae. Cf. Sil. Ital. III 77: atque irarum elementa mearum. 141. **reputans:** hoc verbum in oratione soluta usitatum neque apud Vergilium neque apud Silium neque apud Lucanum (Oudendorpii indice usus) inveni; sed vide Plaut. Trin. 674; Terent. Andr. 442; Lucret. III 722; Senec. Agam. 23; Val. Flacc. II 139, VII 226, VIII 385. Cf. apud nostrum Th. V 292: multa metu reputans. **his in finibus aevi:** = dum vitae tuae tempus tam breve erat, i.e. dum parvulus eras, ut Bindewald et Imhof bene explicaverunt. Cf. Barthius ad l.: videtur *finis aevi* primam pueritiam pueri dicere. Perperam autem Mozley vertit: „at my life's end”. Quam interpretationem iam Barthius de re deliberrans recte reiecit. **unde ego:** cf. Val. Flacc. I 327 sq.: ei mihi, Colchos/ unde ego et aucti timuissem vellera Phrixi? 142. **bella — Thebasque:** hendiadys pro *bellum Thebanum*. **ignara:** sc. te talem exitum habiturum esse. 143 sq. **cui superum — dulce:** Cf. Vollmer ad S. I, 2, 74: tibi dulce....., Lieblingausdruck des Statius. **nostro committere sanguine pugnans:** = initium facere belli puero nostro interficiendo; *sanguine* abl. instr. est. Plane et dilucide Bindewald vertit: Wem der Götter gefiel es, den Anfang des Kampfes mit unserm Blut zu machen? Mozley autem locum non intellexit interpretans: what god has taken delight in joining battle with our race? Verbum *committere* enim cum abl. mero non construitur. **nostro sanguine:** per metonymiam pro *liberis nostris*. Apte comparetur illud vernaculum: „mijn eigen vleesch en bloed.” **quis hoc armis vovit scelus** = quis pugnam incipiens hoc scelus commisit? Vox *armis* dat. commodi est et intellegenda est *ἀπροσδόκητον* amare dictum pro *superis*. Errat Mozley vertens: who vowed this crime against our arms? quae versio sensu vacat, quod puer inermis interfectus est. Recte autem interpretatus est Imhof: wer weihte dem Krieg dies Opfer? 144 sq.: **tua — Cadme:** poeta figura, quae dicitur apostrophe, usus est, ut animi affectum denotaret. Cf. Th. I 239 sq., 582, 597, 625; II 265 sq., 382, 461, 489, 575 sq., 616, 629, 704; III 99, 380, 438 sq., 451, 513, 607; IV 236 sq., 246 sqq.; V 155, 534 sqq., 627, 712, 744, VI 491 sq.,

513 sqq.; 689 sq., passim. 145. **Cadme**: per metonymiam pro *Thebae*. **Tyrio grege**: abl. personae agentis sine praepositione; cf. e.g. VI 930, VII 472, 750 sq.; IX 264, X 927. De re cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 435. — Tyrius = Thebanus, cf. ad 17. — *Grex* metonymice usurpatur de turba hominum, ut saepe. Cf. e.g. Th. IV 593, 685, 753; VII 286, XII 132, 146, 675; VI 96. **plangitur**: ἀπὸ κοινῶν utrique parti sententiae applicandum est (Cf. Markland ad S. II, 3, 74). 146. **primitias** — **lacrimarum**: translate = primas lacrimas. Cf. Val. Flacc. III 515: iustaeque dolorum primitiae. **caedis acerbae**: sine dubio poeta ad funus acerbum Opheltis alludit. Exsequiae enim infantium immaturorum *funus acerbum* appellabantur. De re cf. Marquardt l.l. p. 352, Blümner l.l. p. 489, H. Wagenvoort ad Sen. Ep. 122, 10. Annotandum vero est prorsus aliter atque Opheltis exsequias funera illa acerba silentio noctis facibus collucentibus fieri esse solita. 146 sq. Sententia v. 146 sq. est haec: egomet primas lacrimas profundi et primam caedem acerbam tuli. Exclamatio *en* non solum c. nom. coniungitur (S. II, 6, 34; Th. XI 470, XII 302) sed etiam in enuntiatis pronuntiativis occurrit a) primo loco enuntiati (Th. IV 396, IV 587, V 141, loco nostro, VII 159, IX 653, IX 828, X 354, 428, 903; XI 608, XII 439, Ach. I 533, 66; S. IV, 3, 121; IV, 3, 128; IV, 4, 51; IV, 8, 43; V, 2, 173; V, 5, 29), b) secundo loco enuntiati (Th. VII 278, X 809, S. II, 1, 17). In interrogationibus positum est *en*: Th. IX 514, in enuntiatis imperativis: Th. V 124. *En* cum sententia relativa sequenti coniungitur: Th. XII 690. 150 sq. **ferale** — **sacrum**: = sacramentum ferule. De re cf. Th. V 148 sqq. Lemniae se viros trucidaturas esse iuraverunt, quod a maritis Thraces subigere cupientibus neglegebantur. — Ad constructionem v. 150 sqq. usque ad *furiis* Housman (cf. *Class. Quarterly* 1933 p. 8 sq.) confert Cic. II Verr. I 93: „en cui tuos liberos committas!” et Th. XII 690: „en iterum qui moenia nostra lacessant!” qui autem versus vim ironicam non habet. Mea autem sententia si interpunctionem Klotzianam sequimur, (mutato signo exclamationis post *ausae* in signum quaestionis, additis lineis disiunctivis v. 153 sq.) tota exclamatio multo maiorem vim habet; *pietate potens* repetit, ut ita dicam, *quam ferule putemus etc.* 151. **abiurasse**: Bene explicat locum Barthius: dicit iuras-

se illam Lemniadibus se pariter cum illis suos occisuram, sed mentitam esse, nec iuramentum id servasse. 151. sq. **Lemni gentilibus unam/ immunem furiis!**: = solam intactam furore, qui feminas Lemni incitaverat! Cf. Apollonius Rhodius Arg. I 620 sq.: οἷη δ' ἐκ πασέων γεραροῦ περιφέρεισάτο πατρὸς/ Ὀψιπέλεια Θόαντος, ὃ δὴ κατὰ δῆμον ἄνασεν. 153. **pietate potens**: amare dictum! Ut Eurydices acerbitatem depingeret, poeta litteram *p* repetivit. **solis abiecit in arvis** —: = desertis in arvis temere deposuit. De re cf. Th. IV 785 sqq.: „simul haerentem, ne tarda Pelasgis/ dux foret, a! miserum vicino caespite alumnum — locat.” Construitur verbum *abiecit* h. l. cum praep. *in* c. abl. coniuncta, quo casu indicatur locus ubi aliqua res sit. Cf. Cic. Orat. I c. 7: abjiceret in herba. 154. **non regem dominumque** —: dominumve: *ω*; — que: *P*, quam lectionem Housman (Class. Quart. 1933 p. 8) in honorem restituit: puer et rex et dominus nutricis erat. **impia**: interpungendum est: alienos — *impia!* —. Cf. ad v. 98. **non regem dominumque, — alienos — impia!** — **partus**: asyndeton disiunctivum. Littera *e* eliditur in caesurae sede, cf. Th. III 363; S. I, 4, 66. **alienos — partus**: per metonymiam pro: puerum alterius feminae. 155. **hoc tantum**: sc. fecit. Quae verba Eurydice magna cum acerbitate exclamavit. **silvaeque infamis**: = silvaeque periculosae. **tramite liquit**: sc. eum. *Tramite* est abl. loci. 156 sq. **quem non anguis atrox — tantum caeli violentior aura**: asyndeton disiunctivum. 156 sq. **hac — leti/ mole**: = interfectore tam ingenti, metaphorice. Ad sententiam loci cf. quae exclamat poeta Th. V 534 sq.: quis tibi, parve, deus tam magni pondera fati/ sorte dedit? Poeta dicit de angue, qui Opheltem laceravit: spatiosaque iugera complet (Th. V 550). Cf. etiam V 577: „magno tellurem pondere mensus.” Consule de serpentibus a poetis descriptis Kroll, Stud. p. 286: Weit ins Hyperbolisch — Fabelhafte verlieren sich unter dem Einfluss alter Dichtung und Kunst die Schilderungen von Schlangen et q. s. — Complures auctores *anguis ingentes* descripserunt. Cf. e.g. Culex 164 (vide etiam Plésent ad v. 172), Verg. A. II 203 sqq.; Ovid Met. III 41 sqq., XV 669 sqq.; Val. Flacc. II 498 sqq.; Sil. Ital. II 584 sqq., VI 218 sqq.; Petron. c. 89 v. 35 sqq. **ei mihi**: interiectio dolentis. Decem exempla huius exclamationis, quae ubique cum dativo coniungitur, Rohde

52: auf f. 101
oben

(de interiectionum usu, diss. Regimontana 1911) enumerat. Additur a) enuntiatis pronuntiatis et exclamativis, Th. III 710, IV 644, VIII 111, XI 624, XII 340; b) *ei mihi* interrogationes praecedit: Th. III 6, IX 629, XII 379; c) *ei mihi* enuntiata causalia praecedit, Th. XII 99; S. V, 3, 225. — Cf. etiam ad versum nostrum Barthius: undecim vocum versus, quae ipsa res confusum animum et praecipitantem locutionem denotat.

157. **caeli — aura**: synecdochice pro vento quolibet. **noto**: = vento, cf. ad v. 109. 158 sq. **valeret/ exanimare**: sc. puerum. *Valeret* est potentialis. Apud nostrum verbum *valere* c. inf. constructum semper invenimus: Th. II 560, 607; VI 877; VIII 763; IX 144, 238, 392, 721; XI 322; S. I, 1, 41; II, 2, 41; V, 1, 28; ibid. 95. In oratione pedestri hoc verbum gerundium aut gerundivum cum praepositione *ad* coniunctum requirit, sed infinitivus etiam occurrit. Cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 582.

159. **vos**: sunt duces (cf. v. 168). **incessere**: = accusare. Cf. Th. VII 209: superos incessere; XI 390: incesse moras; III 301: ne falsa incessere gaude; S. V, 3, 64: incessat superos.

160. **habeo**: = ἔχω, possum. Quam verbi vim Housman (Class. Quart. 1933 p. 9 sq.) copiose tractavit. De verbo *habere* c. inf. constructo cf. etiam C. H. Grandgent, an introduction to vulgar Latin, 1908, p. 57 sq., ubi hanc locutionem paulatim apud posteriores in locum futuri simplicis successisse demonstravit. Quod attinet ad lectionem codicis *P abeo*: formas verborum *habeo* et *abeo* in codicibus saepe confundi monemus. Cf. e.g. Mnemos. 44 p. 155. **fixum — inmotumque manebat**: Cf. Verg. A. IV 15: *fixum inmotumque sederet* (cum adnotatione Forbigeri). — In Eurydices verbis poetam h. l. cum Stoicis loqui apparet: Stoicis enim placere fatum (εἰμαρμένη) omnes res regere notissimum est. De doctrina Stoica nostri cf. Legras l.l. p. 160 sqq. **matri inmotumque**: cum usitata apud nostrum syllabae longae elisione in arsi quarti pedis cf. ad v. 74. 161. **hac altrice**: = hac nutrice. Est abl. absol. 161 sqq. Eodem respicere videntur versus Euripidis tragoediae quae inscribitur Hypsipyle (fr. LX 10):

τοῦ μὲν τιθήνημ', ὃν ἐπ' ἑμαῖσιν ἀγκάλαις
πλήν οὐ τεκοῦσα τᾶλλα δ' ὡς ἑμὸν τέκνον
στέργουσ' ἔφερβον ὠφέλημ' ἑμοὶ μέγα.

161. **atquin**: de ea coniunctione adversativa cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 670: Kontamination von atqui und quin; ist zwar schon bei Cic. mehrfach überliefert, aber nicht zu halten; metrisch sicher steht es seit Stat. Theb. VI 161, in Prosa ist es häufig erst seit Flor. 161 sqq. Locus satis involutus hoc modo construendus est: atquin et magis blandus ad illam (sc. Hypsipylen) eras, nate, ita ut eam (Hypsipylen) solam novisses atque audires vocantem (sc. te) et mei ignarus eras. **et**..... **que**: de qua locutione cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 663. Cf. etiam v. 272.

161. **ad illam**: PN; et illam: ω , quae lectio absurda est. Locutionem q. e. *blandus ad pro blandus c. dat.* nusquam alibi inveni. Sed dativum praepositioni *ad c. acc.* coniunctae sensim cessisse Grandgent l.l. p. 44 monet.

162. **magis**: sc. eras. **nosse atque audire**: hi infinitivi pendent ab adiect. *blandus*. De infinitivi usu ab adiectivo pendentis qui a Graecis ascitus est, consule Stolz—Schmalz l.l. p. 578 sq. **gaudia**: de plurali qui dicitur poetico cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 371, Norden l.l. p. 408.

matri: sc. erant. 164. **lacrimososque — risus**: oxymoron. Cf. S. II, 1, 47: „mixtae risu lacrimae” et adnotationem v. d. Vollmer ad l.: den gleichen Reiz der wechselnden kindlichen Laune beschreibt S. V, 5, 82. Cf. etiam Th. XII 426: flebile gavisae; ibid. 793: gaudent lamenta; XI 820: audiit et mixto risit Latonia fletu; Mart. Epigr. X 78, 8: udo—gaudio; Petronius Sat. c. 89 in Troiae Halosi v. 16 sq.: fletibus manant genae/ mentisque pavidae gaudium lacrimas habet; Claudian. de bello Pollentino 407: singultus varios lacrimosaque gaudia miscent; Val. Flacc. VII 215: flebile gaudens; Ilias VI 484 $\delta\alpha\kappa\rho\nu\acute{o}\epsilon\nu\ \gamma\epsilon\lambda\acute{\alpha}\sigma\alpha\sigma\alpha$ (sc. Andromache). **impia**: quia pietatis vinculum naturale, quod inter matrem et infantem est, rupit seque in id inseruit.

165. **audiit**: = audivit. De qua forma cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 336; Ernout—Meltzer, Hist. Formenlehre des Lat.³ p. 164. **decersit**: sensu translato = percepit, libavit. Cf. Cat. LXIIX 127; Sil. Ital. IV 138; Ov. rem. 103. **vocis — murmura prima**: *murmur*, de sonis inarticulatis infantium. Cf. V 613 sq.: ubi verba ligatis/ imperfecta sonis risusque et murmura soli/ intellecta mihi? S. II, 1, 104 sq.: tu tamen et iunctas etiam nunc murmure voces/ vagitumque rudem fletusque infantis amabas, ad quem locum Vollmer adnotat: „Nach Kindesart stammelt

der Kleine, cf. IV 789: teneris verba inluctantia labris, vgl. S. II, 4, 3 vom sprechenden Papagei, Aus. Ep. XXVII 68 [p. 264 P] Parent. X, 3 [p. 36 P], dazwischen laufen schon einige deutliche Worte unter, die also noch mit Stammeln verbunden sind, vgl. Th. V 613." Cf. etiam Lucan. V 149: nullo confusae murmure vocis; Ovid. Met. XII 49: sed parvae murmura vocis. De re cf. S. V, 5, 81 sq. (puer) cui verba sonosque/ monstravi questusque et vulnera caeca resolvi. 166. **semper**: sc. fuit. 166. **dum vita manebat**: = Verg. A. VI 608, 661. Cf. Norden ad Verg. A. VI 608, quo loco eam clausulam, interdum variatam, saepe in sepulcris legi admonet. Cf. etiam Mart. epigr. VIII 38, 15: vita dum manebit; Claudian. bell. Gildon. 306: dum vita maneret. Comparetur etiam Epitaphium Ratgeri — saeculo decimo factum verisimile est — quod superiore anno Ultrajecti ad Rhenum in foro basilicae S. Martini effosso inventum est, v. 3: Ratger miles erat c<larus>, dum carne manebat. 167. **nunc ego**: sc. genetrix sum. Versum ita interpretamur: illa gaudium maternum ex Ophelte cepit, ad me dolor tantum matris pertinet. — **sed**: vernacule = maar het ergste is wel dat. **nec punire potestas**: sc. est. Vox *potestas* c. inf. construitur: Th. III 296, 311; IV 249; VIII 262, IX 120; X 214, 792; XI 615, XII 81, 342. De infinitivo a substantivis pendente cf. Stolz—Schmalz p. 579, de voce *nec* = *ne quidem* ibid. p. 641, Kühner-Stegmann II 2 § 157, 8. 168. **sic meritam**: sc. puniri. Cf. Th. V 693 sq.: illi ad fata rapi atque illi iam occumbere leto,/ sic meritam Hypsipylen iterant. **quid** — **quid**: παθητικῶς, per anaphoram. Cf. de re Stolz—Schmalz l.l. p. 797. 168 sq. **quid dona, — quid inania fertis iusta rogis?**: cf. v. 126. Sensus versus nostri est: quare fertis vobiscum, o duces, dona et munera feralia, quae nihil prosunt? 169. **iusta**: Pω; busta C, quae lectio sensum non praebet. — Amisit vocabulum *iusta* sensum proprium, quod apparet ex adiect. *inania*. **umbrae**: sc. Opheltis. 170. **cineri**: per metonymiam prolepticam = puero comburendo, mortuo. **excisaeque parenti**: per metaphoram hyperbolicam. Vox *excisa* metaphorice adhibetur: Th. III 74, V 308. 171. **reddite**: *reddere* verbum proprium est de sacris et votis, cf. Th. IV 466: semineces fibras et adhuc spirantia reddit/ viscera; Tib. I, 3, 34: „reddereque antiquo menstrua turi Lari“, et Flower Kirby

Smith ad l.; Verg. G. II 194: lancibus et pandis fumantia reddimus exta (cf. Forbiger ad l.). 170 sq. oro — reddite, quaeso: Formulae precandi oro, quaeso vim imperativi reddite augent. Cf. v. 809: ite, oro, socii — ite; VIII 93: oro, minas stimulataque corda remulce; X 266 sq.: ite, o socii — oro/ sufficite! Cf. etiam X 705, XI 594, XII 262, 264; S. I, 5, 63 (vide Vollmer ad l.). Imperativus cum voce quaeso coniunctus invenitur: Ach. I 265, Th. III 389; cum voce precor: Th. VII 249, VIII 743; IX 59, 623; X 671, 773; XI 736, 738; XII 648, 816; S. II, 6, 103; III, 2, 12; III, 4, 1; V, 1, 179; V, 2, 84. Cf. de re Stolz—Schmalz l.l. p. 575. Ad fabulae formam quam h. l. invenimus („Eurydice Hypsipylen supplicio afficere vult”) cf. schol. Pind. p. 424: *Εὐρυδίκης δὲ τῆς Λυκούργου γυναικὸς βουλομένης διὰ τὸν Ὀφέλτου θάνατον ἀνελεῖν τὴν Ὑψιπύλην κ.τ.λ.* Cf. etiam O. Ribbeck, die röm. Trag. p. 160. 171. per ego haec primordia belli: hic est ordo verborum usitatus, inque obtestandi formulis saepe obviis; cf. Th. X 360: per ego haec vaga sidera iuro; X 694: per ego oro —; Ach. I 267: per ego hoc decus; Verg. A. IV 314: per ego has lacrimas dextramque tuam; XII 56: Turne, per has ego te lacrimas; Sil. Ital. XII 80 sq.: — per ego et Trebiam, cineresque Sagunti/ obtestor; (vide Drakenborch ad l.); Ovid. Fast. II 841: per tibi ego hunc iuro fortem —; Met. X 29: per ego haec loca plena timoris. Ex oratione soluta afferam exemplum Livianum (XXIII 9): per ego, te, fili —; Quint. Declam. IV § 22: per ego, si fas est, —; V § 23: per ego te, iuvenis. — Vide Kühner—Stegm. II 1, § 113c; eodem modo Graece ἡ μὴν. *Primordia belli* = initium belli. Cf. Heuvel ad Th. I, 4. 172. cui peperit: magna cum acerbitate dictum! sic: = quod si acciderit. De quo vocis sic usu cf. Kiesling—Heinze ad Hor. Od. I, 3, 1. aequa — mihi funera: comparatio compendiaria, pro: „funera funeribus aequa quae ego Ophelti facio.” De usu cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 844, Gudeman ad Tac. Dial. 14, 5. funera: per metonymiam pro *infantibus mortuis*, vel sensu generali: *mortuis*. gemant: transitive = *doleant*. Cf. Th. IX 767, XII 285; S. III, 3, 179; V, 5, 79. Cf. etiam Ovid. Am. III, 6, 49: gemens — delicta. Recte editores lectionem codicum ω gemant propter vim descriptivam lectioni P: gerant praetulerunt. funera matres: cf. Th. IV 233, Ach. I 85; S. II, 1, 97, qui omnes versus eundem

fere exitum habent. Adiect. *immunis* a Statio cum abl. mero construitur S. II 1, 222: *immunis* Fatis, et loco nostro; cum abl. c. praep. *a* coniuncta Th. V 643: *immunem* servat ab armis; c. gen. Th. V 123: *immunis* scelerum. 152. **haec illa — et creditis ausae? — haec pietate potens:** Locum sanum viri docti varie tractaverunt. „hac illa — et creditis ausam? hac p.p.” Gronovius legere voluit. Barthius: haec illa et credimus, ausa est, haec p.p. Garrodus: haec illa est, creditis, ausa? haec. p.p. O. Müller coniecturas variorum iure reiciens: „at nulla”, inquit, „opus est emendatione, nisi quam attulimus interpunctioni”. Quam Klotz in textum recepit. Nos autem Housmanni interpunctionem (cf. *Class. Quart.* XXVII, 1933, p. 8) secuti sumus, excepto exclamationis signo post *en* (v. 150). Amplificatur vis demonstrativa vocis *haec* addito pronomine *illa*. 152 sq. **haec — haec:** per *emphasin*. Cf. Verg. A. VI 791: hic vir, hic est. 152. **et creditis ausae?:** = et creditis huic feminae, postquam tale scelus commisit? Versibus 153 sqq. poeta haec dicit: haec femina, quae est tanta pietate!, non regem dominumque sed — impia! — puerum sibi commissum proiecit! Serpentis morsu opus non erat — non secum reputavit infantem etiam levi causa interire posse? — sed vel procella vehemens et ramus vento fractus et acer animi motus ad filiolum meum interficiendum satis superque esset! 172 sq. **matres/Ogygiae:** matres Thebanae. Nomen *Ogygius* a voce Ὠγύγιος vel Ὠγύγησ, rex primus Boeotiae, derivatur. Cf. Varro r. r. 3, 1, 2; Festus p. 178; Höfer ap. Roscher III 683. **sternit crines:** dolentes evulsos *crines* proiebant. De quo usu cf. Blümner l.l. p. 497. 173. **iteratque precando:** iterum precatur. Cf. quae adnotat Vollmer ad S. I, 2, 84: iterare gebraucht St. vielfach frei einfach mit dem Object, [nostro loco cum gerundio] so dass wir das entsprechende Verbum mit iterum zu verstehen haben; deinde laudat interpretaturque multos alios locos. — Gerundium (nec non gerundivum) saepius in sexto pede hexametri positum est. Cf. apud nostrum Th. VI 432, 764, 766, 937; VII 214, 294, 811. 174. **vocate:** sc. me. De versus forma cf. ad v. 22. 175. **sanguinis: occumbam:** *asyndeton*. **dum:** vernacule = mits. **vulnere iusto:** per *metonymiam* causae pro effectu = morte, supplicio iusto. 176. **exsaturata oculos:** =

gehört auf v. 7

dum oculos animumque iusto supplicio illius paverim. — Omittitur „sim”. Ad usum metaphoricum huius verbi cf. ad 83. Vis subiecti verbi *occumbam* extenditur, donec voce *impellamur* aliud quid legenti obvium sit. **impellamur**: per metaphoram hyperbolicam pro *mittere, ciere*. Est coni. adhort. Cf. Th. II 80, 135; III 481. Verbum *impellere* cum praepositione *in* coniungitur Th. I 119, V 559, VII 581; cum *ad* IX 373, X 212; cum dativo III 282. 177. Vss. 177—183 leguntur in P D Q N S, add. mg. K¹ B¹; vs. 184 et 185 desunt in P. Versuum ordo varie traditur: in P vss. 177—183 post 185b (qui deest in ω) collocantur; 186, 187 in M post 176 ponuntur, sed a M^σ post 185 revocati sunt. — Totum locum (vss. 177—185) O. Müller (et post eum Kohlmann) uncis inclusit his argumentis utens: non dubium mihi est, quin hoc loco nobis occurrat figmentum manus interpolatricis, quae crassiore musa ludens ad marginem archetypi, unde omnes nostri codices sunt propagati, Eurydices orationem amplificaverit et e versu Statii genuino „sic ait abruptisque inmutuit ore querellis” alterum hemistichium in exitu commenti sui (v. 185) retinere voluerit. Ita autem rem esse, cum singulorum verborum sententiarumque ineptiae sunt indicio tum versuum ordo (sc. inter se discrepans). Garrod locum nostrum tractans vss. 177—183 servare voluit, quod in P traduntur, qui codex liber est a versibus scholasticis. Deinde locus noster in P et in ω prorsus aliter legitur: qua re hos versus perantiquos esse apparet. Postremo poetam consulto Eurydices sibi non constantem facere demonstrat. Vide Journ. of Phil. XXIX, 1904, p. 257 sq.; quibus in actis locum sic constituit: (v. 180) Hoc saltem, o proceres, tuque o cui pignora nostri/ proturbata tori, *Archemori prohibete* supremis:/ *invisam* exsequias quia se fecisse paranti/ nesciat, in nostris spectatur et ipsa ruinis? In Garrodii autem editione v. 181 sic legitur: proturbata tori, prohibete auferte supremis. Klotz et ipse locum respiciens (Hermes 40, 1905, p. 365 sq.) vss. 177—183 retinuit et codicem P secutus est, nisi quod in v. 181 ex ω interposuit *auferte* et pro *invitam* (P): *invisam* (ω), pro *quia* (P): *quid* (ω) legere voluit. Quo modo autem nos interpungamus, cf. ad v. 181. **talia vociferans**: = Verg. A. II 679, X 651. 178. **enim**: explicat *socium dolorem*. De quo vocis usu sic interpositae cf.

Stolz—Schmalz l.l. p. 655. **neque..... servat:** = neque comis nec pectoribus parcit, i.e. capillum sibi evellit pectusque male mulcat. Cf. Th. IX 849: nec servat vires. **pectora servat:** eadem clausula legitur Th. IV 173. 173. **agnovit:** subito Hypsipylen conspicans viros rogat, ut invisam mulierem ab exsequiis arceant. **agnovit longe:** = Verg. A. X 843, Ovid. Met. X 719. **longe et:** cum elisione vocalis longae in tertii pedis arsi. Cf. ad v. 74. **socium indignata dolorem:** = indignata communem ei secum esse dolorem. Cf. I 130, 409; III 313, 679; IV 361 sq., VII 807; Ach. I 301, 464. — Omittitur verbum dicendi ut saepe apud nostrum, cf. 197, 655, 906 et Heuvel ad I 497. De hoc usu vide Stolz—Schmalz l.l. p. 844 sq. 180. **o, cui:** exclamatio o ante enuntiata relativa occurrit: Th. V 20; VI 916: tuque o quem. Cf. etiam Sen. rh. controv. IX, 2, 7; Lucan. IX 379; Val. Flacc. I 7: tuque, o, pelagi cui; I 194, IV 674, V 233; Sen. Thy. 14, Mart. IV, 54, 1; IX, 23, 1; Pers. I 44. — Falso interpretatur Klotz (Hermes 40, 1905, p. 367): *cui ista qua:* „durch die das gemeinsame Glück unserer Ehe gestört ist”. Sine dubio Eurydice voce *cui* maritum designat. 181 sqq. Hoc loco ab interpunctione Klotzii et Mülleri recessi: post *supremis* signum exclamationis posui, post *exsequiis* punctum delevi. Versum 182 sq. ita construendum esse puto: quid <illa scil.>, funesta parenti, se invisam exsequiis miscet? Lectio enim Klotzii: *quid se funesta parenti miscet?* magnas difficultates habet et iam Müller ad locum adnotavit: verba — — eum nequeunt habere sensum, quem voluit interpolator. 180 sq. **pignora nostri/proturbata tori:** hanc lectionem praebet cod. P; turba deteriorum: pignore nostro partus honos, cf. II 172, XII 84: partus honos; quibus locis collatis versus noster ex arbitrio mutatus est. — Est metaphora pro: cui puer e nostro matrimonio genitus occisus est. De voce *pignora* vide ad v. 49. 181. **prohibete, auferte:** ω; prohibete P, quae lectio versus non explet. **auferte:** quod non versui 171 (*reddite*) repugnat. Eurydice enim Hypsipylen propter officium neglectum ad mortem deposcit sed eam luctus consortem repudiat. 181 sq. **supremis:** = exsequiis; est abl. separat. 182. **invisam:** ω, invitam P. Lectio *invisam* melius convenit cum animi perturbatione Eurydices. Hunc versus Garrodius legere vult: „invisam exsequias quia se fecisse

paranti/ nesciat," —, quae intelligentiae nostrae vim ac notionem fugiunt. Cf. etiam Klotz ad l. **quid**: ω ; quia P, quod sensum non praebet. Locus sic intellegendus est: quare me vestigiis secuta est et ante oculos nostros stat quae perniciem nostram molita est? **funesta**: ω , fecisse P. 183. **miscet et**: ω , miscet P (per haplographiam). 184 sq. in codice P non leguntur et a v. d. Klotz recte spurii habentur, qui verba *dixitque repente concidit* ut nugae reicit, cum Latine dici non possint (Cf. Hermes, 40 p. 366 sq.). **obmutuit ore**: = Verg. A. VI 155. 185b. **inmutuit ore querellis**: = V 542. Cf. Claudian. Epith. Pall. et Cel. 108: et ruptis obmutuit unda querelis. **inmutuit**: de vi huius vocis cf. Quint. inst. X, 3, 16: „immutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur, nisi quod non invenimus”. De verbis compositis quae apud nostrum occurrunt, cf. ad v. 4. 186 sqq. **non secus ac e. q. s.** Cf. Lucr. de rer. Nat. II 352 sqq.:

nam saepe ante deum vitulus delubra decora
 turicremas propter mactatus concidit aras,
 sanguinis expirans calidum de pectore flumen:
 at mater viridis saltus orbata peragrans
 noscit humi pedibus vestigia pressa bisulcis,
 omnia convisens oculis loca, si queat usquam
 conspiciere amissum fetum, completque querellis
 frondiferum nemu' subsistens, et crebra revisit
 ad stabulum, desiderio perfixa iuveni,
 nec tenerae salices atque herbae rore vigentes
 fluminaque illa queunt summis labentia ripis
 oblectare animum subitoque avertere curam. —

Crebrae comparationes a tauris sumptae apud Statium exstant: Th. I 131 sqq., II 323 sqq., III 330 sqq., IV 69 sqq., 397 sqq., V 330 sqq., VI 864 sqq., VII 436 sqq., IX 82 sqq., 115 sqq., X 511 sq., XI 251 sqq., XII 169 sqq., 601 sqq. Ex humanis affectibus poeta maerorem (Th. V 330, IX 82, X 820, XI 644), laetitiam (Th. II 193, IX 189, X 288; XII 515, 787), iram (Th. II 411, X 76, XI 741, XII 601) comparationibus illustrat. Poeta noster comparationes longas amat, quin etiam non abhorret a comparationibus septem versuum: cf. Th. II 675 sqq., 323 sqq.; IV 24 sqq., IX 189 sqq., XII 15 sqq. Complures comparationes

octo versuum in Thebaide invenimus: II 81, 236; III 432; VIII 286, X 288, XII 270. Staius numerum comparationum ita auxit, ut unum fere totum librum explere possint. Cf. Legras, *Etude sur la Thebaide* p. 294 sqq. Quantopere poeta expositionum studiosus fuerit et copia haec comparationum uberrima documento est nec non alia exstant indicia (vide ad v. 9). **fraudatum**: sensu translato = privatum, cf. Th. VIII 366; S. I, 2, 251. Ad locum cf. Phaedr. III, 15, 8: *fraudatque natos lacte* (sc. capella); Plin. nat. 15, 80: hi (culices) *fraudati alimento in matre*. Ad sententiam loci cf. Verg. Ecl. III 6: *et sucus pecori et lac subducitur agnis*. **primo — lacte**: i.e. lacte, quod primum bibit. 187. **vires**: sc. sunt. **solus ab ubere sanguis**: = qui alimenta tantum ab ubere sumit. *Sanguis* h. l. idem est atque vis vitalis, cf. e. g. Verg. A. II 638/9 et Forbiger ad l. 188. **duras — ad aras**: ad secundam tantum sententiae partem pertinet. — *Ara dura* dicitur, quod in ea victimae caesae comburuntur. Adhibetur adiect. metaphorice. **avexit**: nota zeugma. **ad aras**: saepius in fine hexametri reperitur: Th. VIII 479, IX 722, X 666. 190. **armenta**: Wakefield coniecit *arbusta*, quem Imhof secutus est. Sed codicum lectioni nihil obstat; accedit quod Lactantius *armenta* legit. **movet**: pertinet per zeugma ad *vallem, flumina, armenta*. **vacuosque — agros**: agri *vacui* esse videntur, quod iuvenus abest. **interrogat**: verbum *interrogare* Papinius e sermone cotidiano petivisse videtur. Apud Plautum Merc. 185, Am. 438, 753; Ci. 577, Tru. 650, Men. 786, 917; Cu. 340, Ep. 250, Poe. 730, Au. 161, Mo. 990 inveni; quod autem ad carmina epica attinet, non legitur apud Vergilium, apud Val. Flacc. uno tantum loco (I 233) occurrit, neque apud Lucanum neque apud Silium in usu est. Cf. etiam Iuv. X 72. **vacuosque interrogat agros**: In eadem versus sede *vacuosque* et *agros* leguntur apud Lucan. II 441: *vacuosque inrumpat in agros*; IX 162: *vacuos cultoribus agros*. Cf. etiam Verg. G. II 54: *hoc faciat, vacuos si sit digesta per agros*; Ovid. Met. VII 653: *partior et vacuos priscis cultoribus agros*. 191. **maestoque — campo**: per adiectivi enallagen. 191 sq. **novissima — exit**: Similis enuntiatio occurrit Th. VIII 386: *novissimus exit*. 192. **inpasta**: sensu proprio; est vox Vergiliana, cf. A. IX 339: *impastus ceu plena leo per ovilia turbans*; X 723: *impastus — leo*; ibid. 560: *pisces-*

que impasti. Cf. etiam Th. I 625, VI 599. **oppositas**: sc. vaccae. Poeta haec dicit: pabulum viride, quod ei obiecerunt, edere non vult. **avertitur herbas**: Cf. Verg. G. III 498 sq.: „immemor herbae/ victor equus fontesque avertitur”, ad quem locum comparentur quae Ladewig—Jahn afferunt: es wendet sich ab vom Wasser; die Konstruktion ist dem griechischen ἀποστρέφεται τὸ ὕδωρ nachgebildet e. q. s.

vss. 193—203. **Lycurgus crines rogo inicit**. Comparandi sunt Iliadis l. XXIII v. 140—152, qui nostro loco valde sunt similes. Locos conferendos bene collegit E. Eissfeldt: Zu den Vorbildern des Statius, Philologus LXIII, 1904 p. 401. Vide ad v. 197. Cf. etiam Th. XII 60—104. 193. **at**: usurpatur in transitu ad novum argumentum, cf. Forbiger ad Verg. A. IV 1; Buscaroli ad Verg. A. IV 1 (Il libro di Didone, 1932, p. 43); Stolz—Schmalz l.l. 667; Kühner—Stegmann II 2 § 163, 6. **sceptriue decus**: = sceptrum decorum. Th. XII 92 sq.: simul haec dicens crinemque manumque/ destruit (sc. Creon, Menoecei pater). **cultusque Tonantis**: expressio correpta pro: vestimenta ornatusque, quibus Jovi sacra faciens utebatur. Rex Lycurgus etiam Jovis Nemeaei sacerdos fuit, cf. Th. V 638 sqq.: ubi averso dederat (sc. Lycurgus) prosecta Tonanti; ibid. 696 sq.: fremunt raptumque auferre Lycurgum/ cum Iove cumque aris. De Iovis Nemeaei religione cf. Paus. II, 15, 2; II, 20, 3; IV, 27, 6 et Farnell, Cults of the Greek States I p. 63, 170. **Tonantis**: pro nomine proprio. Cf. Th. I 421; II 69, 71, 154, 220; IV 13, 294, 790; VI 282; VII 24, 329; VIII 74. Cf. etiam Ovid. Fast. IV 585, VI 349, Ep. IX 7, Met. I 170, II 466, XI 198; Val. Flacc. II 560; III 299; IV 428, 474, 529; Seneca Agam. 356, 595; Herc. Oet. 257, 880, 989, 1151, 1510; Herc. Oet. 1544; apud Vergilium autem non legitur. — Consule etiam Heuvel ad Th. I 421. 194. **inicit** — **rogis**: vide ad v. 62. In pyram ardentem arma quoque et varia ornamenta iaciebant. Cf. quae pater Menoecei ad rogum filii dicit, Th. XII 89 sqq.: accipe, nate, tui nova libamenta triumphii,/ accipe et hoc regimen dextrae frontisque superbae/ vincula. — Vide etiam ad v. 82. Cf. Verg. A. XI 193 sqq.; Sen. Herc. Oet. 1661 sq.:

hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus,
mecum per ignem flagret, hoc telum Herculem
tantum sequatur;

Sen. Herc. Fur. 1231 sqq.:

tibi nostros, puer,
rumpemus arcus, ac tuis stipes gravis
ardebit umbris: ipsa Lernaëis frequens
pharetra telis in tuos ibit rogos.

194 sq. **tergoque et pectore fusam/ caesariem**: temporibus antiquis viros barbam promittere crinesque effundere Seneca (Nat. Quaest. I, 17, 7) tradit: tunc quoque, cum antiqui illi viri incondite viverent, — cura comere capillum fuit ac prominentem barbam depectere. Ne coniugum quidem manu crinis ille, quem effundere olim mos viris fuit, adtrectabatur, sed illum ipsi sine ullo artifice formosi quatiebant, non aliter quam iubam generosa animalia. De re cf. etiam Blümner l.l. p. 267.

195. **caesariem ferro minuit**: = capillos barbamque recidit. — *Caesaries* etiam de barba dicitur Ovid. Met. XV 656. Quod vocabulum a substant. *caesar* (de qua voce cf. Münzer, P.W. X 182) derivatum esse veri simile est. Cf. *materies a mater*. De re cf. E. Samter, Geburt, Hochzeit u. Tod (1911), p. 179 sq.: Mit der Sitte beim Begräbnis sein Blut zu vergiessen verbindet sich bei zahlreichen Völkern der Brauch, sein Haar abzuschneiden, so im Altertum bei den Israeliten, den Arabern, den Indern, Aegyptern, Persern, Griechen, Römern. Frazer (Journ. of the Anthropol. Inst. of Gr. Brit. XV 99) rechnet das Haarabschneiden in der Trauer zu den Mitteln, die Geister zu täuschen. p. 181: Sonst pflegte man im alten Gr. das abgeschnittene Haar auf das Grab zu legen: Aesch. Choeph. 6, Soph. Elektra 52, 449. Eurip. Orest. 96, 113. Alk. 103. Für röm. Brauch vgl. Ovid. Heroid. XI 116. Es kann nicht zweifelhaft sein, dasz wir das abgeschnittene Haar ebenso wie das beim Begräbnis vergossene Blut als eine dem Toten dargebrachte Opfergabe aufzufassen haben. Addo: Odyss. IV 197 sq.; Ovid. Met. XIII 427 sq.; III 506; Mart. Epigr. X, 50, 4; Cf. O. Gruppe, Gr. Mythol. u. Rel. II p. 913 sq. — De qua consuetudine consule etiam E. E. Sikes apud J. Hastings, Encyclopaedia of religion & ethics VI p. 474 (1911), qui de usu apud omnes gentes exstante fuse disserit.

Vide etiam ad v. 197. **ferro**: per synecdochen materiae pro re ex ea confecta = *forfice*. Vide quae adnotavi ad v. 90. 196. **obnubit tenuia ora**: Mire poeta coartavit vocabulum quod est *tenuia*. Cf. Th. IV 697: Dixerat, ast illis tenuior percurrere visus; V 597: rapta cutis, tenuia ossa patent; XII 2: cornu tenuiore; S. I, 4, 36: „sperne coli tenuiore lyra”. Vide etiam Vollmer in editione *Silvarum* (1898) p. 557. Cum *obnubendi* verbo comparentur Th. I 305: obnubitque comas; XI 584: obnubit furiale caput; Verg. A. XI 77: arsurasque comas obnubit amictu; Val. Flacc. II 254: obnubitque caput. 196 sq. **ac talia fletu/ verba pio miscens**: = ac talia verba dicens multis cum lacrimis magnum pueri amorem testificantibus. — More epico poeta parentes maestos loquentes inducit (v. 138—183, 197—201). De usu consulas Kroll, *Studien* p. 219 sq. 197. Quia totus hic locus ad similitudinem Iliadis XXIII 140 sqq. proxime accedit, locum quin utrumque fuse afferam facere non possum:

At genitor..... tergoque et pectore fusam ¹⁾
 caesariem ferro minuit sectisque iacentis
 obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
 verba pio miscens: Alio tibi, perfide, pacto,
 Iuppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
 si pariter virides nati libare dedisses,
 ad tua templa genas, sed non ratus ore sacerdos,
 damnataeque preces; ferat haec, quae dignior,
 umbra.

Ilias XXIII 140 sqq.:

ἐνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς
 στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,
 τὴν ὄα Σπερχειῶ ποταμῶ τρέφε τηλεθόωσαν.
 ὁ χθ' ἤσας δ' ἄρα εἶπεν ἰδὼν ἐπὶ οἴνοπα πόντον
 „Σπερχεῖ, ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεὺς, ...
 σοί τε κόμην κερέειν ῥέξειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην...
 ἐς πηγὰς, ὅθι τοι τέμενος βωμός τε θυήεις.
 ὡς ἠρᾶθ' ὁ γέρον, σὺ δέ οἱ νόον οὐκ ἐτέλεσσας.
 νῦν δ' ἐπεὶ οὐ νέομαι γε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,

¹⁾ apud Homerum: τηλεθόωσαν.

Πατρόκλη ἤρωι κόμην ὀπάσαιμι φέρεσθαι."
ὄς εἰπὼν ἐν χερσὶ κόμην ἐτάροιο φίλοιο
θῆκεν.

alio — pacto: proprio sensu = pactio, quam fecimus, alia erat. Romanos quoddam commercium cum diis habuisse locus noster lucide demonstrat. Cf. de re Mommsen Röm. Gesch. I 172 sq.; Cumont, les religions orientales dans le paganisme Romain² p. 25; W. Warde Fowler, the religious experience of the Rom. people, 1922, p. 170; Leopold, Ontwikkeling v. h. heidendom te Rome, 1918; Wagenvoort, Varia vita² p. 7. Versus, qui sequuntur, satis involuti neque ita faciles sunt ad explanandum propter audacem dicendi rationem. Sensus hic fere est: alia exspectans, perfide Iuppiter, cum voto me obstringerem, antea promiseram me tibi hunc crinem dicaturum esse, si mihi concessisses, ut depositionem barbae filii mei validi cum libatione eodem tempore celebrarem. Cf. Verg. A. IV 198 sqq., inprimis v. 217 sq. **tibi, — Iuppiter, hunc crinem — ante dicaram:** De re cf. Lactantius ad Ach. I 629: consuetudo enim erat apud antiquos, ut quis, prout libitum erat, diversis Deabus vel fluminibus crinem aut barbam suam voveret. Consule Gruppe Gr. Myth. II 913 sq.; Sikes l.l. p. 476; G. Wilke, Mannus XVI (1924) pg. 64 sqq., 112; XVII (1925), 121. Cf. Th. VI 607 sqq.:

flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados; hoc primis Triviae pascebat ab annis
munus et, Ogygio victor cum Marte redisset,
nequiquam patriis audax promiserat aris. —

Quare Parthenopaeus Arcas deam ante certamen iteratum hisce verbis adorat (VI 633 sq.): Diva potens nemorum tibi enim hic, tibi crinis honori/ debitus, eque tuo venit haec iniuria voto. Cf. etiam Th. VIII 492: ille genas Phoebo, crinem hic pascebat Iaccho. 197 sq. **perfide — Iuppiter:** cf. Th. V 650, quo loco poeta exclamat: fides superum! 198. **voti reus:** = voto obstrictus. Cf. Macrob. Sat. III 2: haec vox propria sacrorum est, ut reus vocetur, qui suscepto voto se numinibus obligat; damnatus autem, qui promissa vota non solvit. Cf. etiam Verg. A. V 237, Ecl. V 80, ad quos locos vide Forbigerum; Wissowa, R. u. K.³

p. 320. **ante:** adverbiorum formae inhabiles *antea* et *postea* in hexametris semper habilioribus cedunt. **dicaram:** per ellipsin pro: „promiseram me tibi hunc crimen dicaturum esse”, ut Mozley (Loeb 1928) recte explicavit. — 199. **pariter:** pater promiserat se crines suos Iovi dedicaturum esse *eodem tempore* quo filius puber barbam deposuisset. **viridis nati:** ita P, excepta terminatione in — *is*, quam editores induxerunt; ordine inverso ω : nati viridis; cui lectioni auctoritas Puteanei obstat. 199 sq. **virides nati libare** — **genas:** = cum libatione dicare vigentem barbam filii mei. *Genae* per metonymiam dicuntur pro *barbam*. *Viridis* idem est atque *validus*, *vigens*; cf. S. III, 3, 125: viridisque genas; Verg. A. V 295: Euryalus forma insignis viridique iuventa; ibid. VI 304: viridisque senectus (cf. Norden ad l.); Sil. Ital. I 187: virides anni; Ovid. Trist. IV 10: viride aevum. De barbae depositione, quae consuetudo temporibus Caesarianis floruit, cf. S. III, 4, 78 sqq.; Marquardt, Röm. Priv. II 199 sq.; Blümner l.l. p. 269 sq. *Libare* expressionem correptam esse apparet pro: adesse in sacris quae fierent cum filius barbam depositam diis dicaret. 200. **ratus:** omissa est copula in perf. (*fruit*), ut saepe apud nostrum (II 293, 314, 479; VI 237, 294, 298 passim). **non ratus ore sacerdos:** = irritus sum tuus sacerdos. Notum *ratum* veracem, superis exauditum probatumque significare. *Ore* locutione, qua tibi, quae nunc irrita video, pro ratis olim vovi. Hic est sensus — Barthius ad l., vel ut meis verbis utar: irritae fuerunt preces sacerdotis abs te sprete. — Opponitur Th. I 239: rata vota tulisti. 201. **damnataeque preces:** = preces meae repudiatae sunt. Cf. Th. XII 484: nulla damnavit vota repulsa = repudiavit. **ferat:** = accipiat. Cf. S. III, 3, 35: ferat ignis opes heredis. **haec:** sc. crines. **quae dignior:** sc. est, ut eos crines accipiat. Subaudi: dignior <te>. 202. **iam face subiecta** cf. Verg. A. XI 186: subiectisque ignibus atris. 202 sq. **ignis/ exclamat:** P ω , Baehrens coniecit *exclamant*, ita ut verbis *labor* — *arcere* parenthesi inclusis verbum ad solos parentes referatur. Klotz etiam *exclamant* legere vult, sed post *ignes* punctum duplex ponit: *exclamant* ad omnes spectatores pertinet. Mea sententia nihil mutandum est, ut iam Damsté (Mnemosyne 1908 p. 392) demonstravit comparatis Th. X 94: licet omnia

clament litora; Th. XI 116: clamant amnes, freta, nubila, silvae; S. II, 2, 50: pelagi clamore. Praeterea Lactantius ad locum adnotat: *exclamat* crepitu sonat. omnis enim clamor sonus est. Cf. etiam Diogen. 6, 52; Suidas: *μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης*. — De nova vi verbo clamandi a Statio subiecta, sc. clamore implendi, cf. Schamberger l.l. p. 319, qui duo affert exempla Th. V 462 et S. IV, 8, 16. — Vide etiam ad v. 53. 203. **insanos**: *insanus* usurpatur de iis, qui magno aliquo luctu afficiuntur. Vide Vollmer ad S. II, 1, 12. Cf. Th. XII 274 sq.: illius insanis ululatus ipse remugit/ Enceladus; S. V, 5, 23: tanta mihi feritas, tanta est insania luctus; II, 1, 12: insanos gemitus; II, 1, 13: demens luctus; V, 5, 32: amens scindo chelyn. Cf. etiam Propert. I, 6, 16: et insanis ora notet manibus; Ovid. Amor. III, 7, 57: pectoraque insana plangis aperta manu? **labor** (sc. est) **insanos arcere parentes**: Poeta numquam fere dicere obliviscitur plangentes aegre retineri, quin in ignem se iniciant. Cf. Vollmer ad S. II, 1, 25 (p. 89, 321) qui omnes locos Statianos collegit.

vss. 204—212. Rogus incendio flagrat. Cf. S. II, 1, 177: immeritus flammis dum tristibus infans traditur; S. II, 1, 182: avidus bibit ignis (ignis Koestlin, anguis M) Ophelten. Vide, praeter locos ad v. 54 laudatos, Odyss. XXIV 65—70. 204. **Stant**: cf. ad v. 93. **iussi Danaum**: = nonnulli ex Danais, qui eo officio fungi iussi sunt. De voce *Danai* cf. ad v. 1. **Danaum atque**: cum elisione in tertii pedis arsi, cf. ad v. 74. **obtentis — armis**: = obtentis clipeis. Ea significatione, quae voci *clipei* inest, *arma* legitur Th. IV 130, VI 219; VII 255, 352. — 205. Versum 205 sic explicamus: parentes prohibebant a spectaculo quod eos videre nefas erat. — *Prospectu nefasto* ablativus separativus est. — Quoniam rogam exardescentem apud Romanos videre fas non erat, necessarii a visu intercludebantur aut „aversi facem subiectam tenebant” (Verg. A. VI 223 sq.). De hac consuetudine cf. Norden ad l. supra l.: „wohl um das *εἶδωλον* des Toten, das jetzt den Leib verlässt, nicht zu erblicken.” Vide etiam Blümner l.l. p. 501, Marquardt l.l. p. 378. 206. **ditantur flammae**: = flammae largiter aluntur (per metaphoram) sc. gemmis argento auro vestium pretiosarum.

Cf. Val. Flacc. I 204: *cumulat libamine flammam* = largiter in flammam inicit. 207. **ante:** = antea, vide ad v. 198. **cinis:** per metonymiam prolepticam pro *crematio*. — Alio sensu v. 170. Meis ipsius verbis utar, ut v. 206 sq. reddam: numquam antea illic sumptuosior crematio facta est. **cinis: crepitant etc.:** asyndeton ex particulae causalis omissione ortum. **crepitant gemmae:** *crepitare* dicuntur et alia et quae cremantur. Cf. e. g. Tibull. II, 5, 81: et succensa sacris crepitet bene laurea flammis; Plin. N. H. 31, 7, 41: flos salis in igne nec crepitat nec exsilit. Cf. etiam Verg. G. I 85: crepitantibus — flammis. **gemmae, atque:** cum elisione diphthongi in quarti pedis arsi. Cf. ad v. 74. 207 sq. **immane — argentum:** = magna vis argenti. 208. **pictis — vestibus:** vernacule: met gouddraad geborduurd. Cf. ad v. 62. **exsudat — aurum:** intransitive, ut Verg. G. I 88: atque exsudat inutilis humor; cf. Servium ad locum. 209. **nec non:** de qua coniunctione cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 833, Kühner—Stegm. II 1 § 149 Anm. 7. **Assyriis — sucis:** *Assyrius* latiore sensu intellegitur nostrum „Oostersch“, germanice „Orientalisch“. Cf. Th. II 91; S. II, 4, 34; 6, 88; III, 2, 121; 3, 212. Cf. etiam Catull. LXVIII 144: „fragrantem Assyrio venit odore domum“ et Riese ad l.; Tibull. I, 3, 7: „non soror, Assyrios cineri quae dedat odores“, ad quem l. legantur, quae adnotavit Flower Kirby Smith; Verg. Ecl. IV 25: Assyrium volgo nascetur amomum (Cf. Forbigerum et Ladewig—Jahn⁹ ad l.). Consule etiam Kroll, Studien p. 294 sq. Vocabulo *sucus* unguentum vel simile quid significatur; cf. S. I, 3, 10 et Vollmer ad l. Idem valet vox *liquor*: cf. S. II, 1, 161; III, 4, 92; V, 1, 213. Vide etiam ad v. 59—61. **robora:** per metonymiam pro *rami*. Mutata interpunctione abl. *pallentique croco* coniunxi cum abl. *Assyriis sucis*. **pallentique croco:** odoramentum luteum e croco sativo factum. Cf. Hehn l.l. p. 264: Eine früh berühmte Blume, der Rose an Rang gleich, sie an technischen Nutzen noch überrtreffend, war auch der orientalische Safran, *Crocus sativus*, — der vornehme und erlauchte Verwandte des europäischen bescheidenen Frühlingscrocus, *Crocus vernus*. Ausser seinem Dufte, der das orientalische und später auch das europäische Altertum entzückte, gab die Narbe seiner Blüte auch eine dauernde gelbe Farbe. — Res, quae hoc loco enumerantur, ad

inferias pertinent. In pyra igitur sacrificabant; de quo usu cf. Ilias XXIII 161 sqq., ubi legimus Achillem Patrocli sui umbrae hostiis sacrificare. In Miseni tubicinis funere „turea dona, dapes, fuso crateres olivo” cum defuncti corpore cremantur (Verg. A. VI 224). Cf. etiam A. 77 sq.: hic duo rite mero libans carchesia Baccho/fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro; A. III 66 sq.: inferimus tepido spumantia cymbia lacte/ sanguinis et sacri pateras; Silius Ital. XIII 434: „fundunt mella super Bacchique et lactis honorem”, ad quem locum vide Drakenborch. Egregie de hac re Norden ad Virg. A. VI 177 egit; cf. etiam ad A. VI 212. — In sepulcris umbrarum cultus fieri solebat non solum parentalium die, sed etiam mortui die natali aliisque diebus. Inferias illas ex aqua, vino, lacte, oleo, melle, etiam nigrarum pecudum sanguine mixtas fuisse notissimum est. Cf. Blümner l.l. p. 509 sqq.; consule etiam E. Rohde, *Psyche* 3 p. 231 sq., p. 242 sq. **ardentia mella**: armentia N¹, tymetia N² mg: unde Garrod *hymetia* in archetypo exstitisse coniecit. Sed sine dubio *tymetia* coniectura vetus est. — Quare veteres manibus mel libaverint, Norden ad Verg. A. VI 706 exposuit. Locus conferatur. Cf. etiam Ilias XXIII 170: ἐν δ'εἰδίει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας (sc. Achilles — in rogo Patroclis) necnon Odyss. XXIV 67 sq.: καὶ ἀλείφαι πολλῶ καὶ μέλιτι γλυκερῶ, quae dicuntur de Achillis funere. **spumantesque mero paterae**: Cf. Verg. A. I 729: implevitque mero pateram; ibid. 739: spumantem pateram. **mero**: = vino, ut Th. I 149, 552; IV 658; V 188, 263 passim. De re consule Warde Fowler, *The religious experience of the Roman people* p. 196 adn. 36. 211. **verguntur**: = effunduntur. Cf. Verg. A. VI 244: invergit vina sacerdos; et Servium ad l.: fundere est supina manu libare quod fit in sacris supremis, vergere autem est conversa in sinistram partem manu ita fundere ut patera convertatur quod in infernis sacris fit. Vide etiam F. Bücheler *Umbrica* p. 77. 211 sq. **atri/ sanguinis**: *Ater* sanguis semper dicitur; cf. Ennius *Scenica* 363 Vahlen; Verg. G. III 221, ib. 507; A. III 28, 33, 622; Ovid. *Met.* VII 259, XII 256; Grat. *Cyn.* 353; Val. Flacc. VI 708, cf. V 176; Sil. Ital. VIII 646, IX 153, XIII 566. Manifestum autem est his verbis non corporis sanguinem vivum sed cruorem atri coloris significari, cf. μέλαν αίμα. De notione adiectivi *ater*

cf. Blümner, die Farbenzeichnungen bei den röm. Dichtern p. 42 sqq. (Berl. St. f. Cl. Ph. u. Arch. 13 Bd.). **rpto gratissima**: $\rho\omega$ rapti; Phillimore et Alton (Class. Quart. XVII 181) levi mutatione legere volunt, ut supra scripsi. Quid enim est „rapti — lactis”? Cf. S. II, 1, 208: hic finis rpto (= mortuo). Umbra infantis dona pretiosa spernens lac magni fecit. **gratis-sima cymbia lactis**: Cf. Verg. A. III 66: tepido spumantia cymbia lacte. — Ad Vergilium quoque revocandus est Prudent. Apotheos. 472: „quam sufferre queant spumantia cymbia lacte”. Cymbium, $\kappa\upsilon\mu\beta\iota\omicron\nu$, deminutivum vocis $\kappa\acute{\upsilon}\mu\beta\eta$, patera parva est formam lintris habens. — De lactis libatione diis manibus facta cf. Th. VIII 302; IV 545, 452 sq.; I 508. Cf. etiam Verg. A. V 78 et Servium ad l.: umbrae autem sanguine et lacte satiantur: unde feminae, quae mortuos prosequuntur, ubera tundunt, ut lac exprimant, cuncti autem se lacerant, ut sanguinem effundant.

vss. 213—233. Decursio funebris (η περιδρομή) Exempla poetae: Verg. A. XI 188 sqq., Ilias XXIII 13 sq. Similia legimus apud Apollonium Rhodium (Arg. I 1058 sqq., IV 1535 sq.), Lucanum VIII 734 sqq., Valerium Flaccum III 347 sqq., Tac. Ann. II 7. De decursionibus militaribus, quae fiebant ad tumulum imperatorum vel feminarum e domo imperatoria, cf. Dio Cassius l. 56 c. 42 § 2 sq., quo loco decursio in honorem Augusti fit, l. 59 c. 11 § 2, in honorem Drusillae; decursiones funebres in honorem imperatorum Pertinacis et Severi factae paucis exponuntur ab eodem (Epitome l. 74, 5, 5 et 76, 15, 3). Circa honorarium tumulum Drusi stato die quotannis miles decurrere solebat: Sueton. Claud. 1, 3. Comparandi sunt etiam Herodianus IV 2 i. f. et Appianus de bellis Civ. I 106. Quintus Smyrnaeus (III 694 sqq.) breviter complectitur decursionem quam in honorem caesi Achillis Graeci egerunt. Sed quid sit decurrere, sensu religioso, non militari, ut Liv. XXVI 51; XXIX 22; XXIII 35; Sueton. Nero 7, 2 nos docet Livius (XL 6): mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum percurrere, et divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnae. — Aptissime conferantur eiusdem verba XXV 17, quo loco funus Tiberii Sempronii Gracchi enarrat: armatum exer-

citum decucurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suae cuique genti adsuetis, ipso Hannibale omni rerum verborumque honore exsequias celebrante. — Imaginem emblematis marmorei, quo artifex decursionem ad apotheosin Antonini et Faustinae factam finxit, videmus apud Springer, Kunstgeschichte¹² p. 532; cf. etiam S. Reinach, Repertoire de Reliefs I 291. — De ipsa decursione cf. Fiebiger, P. W. IV 2354; Saglio, Daremberg & Saglio Dict. d. Ant. II 41. In nummis Neroneis saepe supra inscriptionem DECVR SIO (sc. militaris, cf. Sueton. 7, 2; Tac. II 55) unum vel plures equites, qui vehuntur equis citatis, fictos videmus. Vide Mattingly—Sydenham, The imperial coinage Vol. I p. 154 sq., tab. XI. Etiam loco nostro apparet poetam per imaginem propositam nos non in heroum aetatem transferre, sed eum descriptione sua potius funus quodpiam domus imperatoriae subolis spectare. 213. **turmae**: ita P, turmas ω. Recte Klotz mutata interpunctione lectionem codicis P servavit; verbum *surgit* per zeugma coniungitur non solum cum *turmae* sed etiam cum *eques*. Vox *turma* quamvis catervam significat cf. Th. II 131; IV 125, 850; V 70, 791; VII 130, 688 passim. Cf. etiam Verg. A. V. 560 sq.: tres equitum numero turmae ternique vagantur/ ductores. Exstant complura alia vocabula apud nostrum, quibus exercitus eiusque partes denotantur, *alam* dico et *cohortem*; praeterea exstant *phalanx*, *legio*, *manipulus*, quae voces translate adhibentur de rebus temporis heroici. *Ala* legitur Th. V 691, VII 425, VIII 351, IX 841; X 466, 473. Persaepe *cohors* reperitur Th. IV 75; V 21, 672; VI 23, 263, 595 passim. *Phalanx* invenitur Th. II 471, IV 227, VII 422, VIII 368, IX 140, 847; X 749; *legio* exstat Th. IV 647, X 194; *manipulus* Th. IV 65, 237, 810; VII 485, VIII 134, XII 399, 754. 213 sq. **centenus** — **eques**: collectivum pro *centeni equites*. — His versibus poeta equitum pompam illustrem pellucide nobis ante oculos ponit. 214. **centenus ubique/ surgit eques**: = quaeque turma centum equitum est, qui alte consurgunt; cf. Germanice „hoch zu Ross”. Est expressio correpta. — **versis** — **insignibus**: est signum luctus, ut versae faces (Th. V 71). Cf. Verg. A. XI 92 sq.: tum maesta phalanx Teucrique sequuntur/ Tyrrhenique omnes et versis Arcades armis. Vide Vollmer ad

S. II, 1, 27; Blümner l.l. p. 495. — Poetam voce *insignia* proprie *fascēs* denotare verisimile est. **ducunt:** sc. eas. 215. **Graiuigenae reges:** = Graeci reges, qui numero septem enumerantur ad v. 38. Graeci iam apud Pacuvium *Graiuigenae* dicuntur (Cic. N. D. II 36). Loco autem nostro adiective usurpatum hoc vocabulum occurrit; de vocis orthographia cf. Ernout—Robin ad Lucr. I 465. **lustrantque ex more sinistro/ orbe rogum:** = equis rogum more antiquo ad laevam circumvehuntur (*περί τὸν τάφον περιίπενσαν*, Dio Cassius 59, 11, 2). **sinistro/ orbe:** sinistrorsum rite equites vehuntur, quia cursus in laevam luctus vel omnino rei infaustae erat indicium. Contra cursus equorum dextrorsum gratulationem ac laetitiam denotabat. De notione vocum *sinister* et *dexter* = infaustus faustusve vel etiam mors vitave (cf. Verg. A. VI 541 sqq.) vide v. Essen, *Did Orphic influence exist* (diss. Ultraieci 1927) p. 51 adn. 4, p. 79 ubi disputationes huc pertinentes enumerantur. Cf. etiam ad v. 49. **Augur Romanus** oculos ad meridiem dirigebat; cf. Th. III 486: (aves) subiere notos, i.e. Amphiaras aves notum versus videt; cf. etiam Wissowa, R. u. K., p. 452: hinc explicatur notio adiectivorum *dexter* et *sinister* (*laevus*). In meridiem spectanti oriens sol sinister, occidens dexter est; ergo quod sinistrum, prosperum, quod dextrum, adversum erat. Cf. apud nostrum Th. III 491: si datur..... signa feras laevusque tones, et 495: „si prohibes, hic necte moras dextrisque profundum/ alitibus praetexe diem.” Post obitum Amphiarai Argivi lamentantur: Th. VIII 177: „quis mihi sidereos lapsus mentemque sinistri/ fulguris — proferet?” Ex temporibus Augusti poetae usum Graecum (*δεξιός* = prosperus, *ἀριστερός* = adversus) — exceptis auspiciis — receperunt (cf. Cic. de div. II, 39, 82), ut apud Statium praeter locos laudatos ea adiectiva hac vi instructa inveniamus. Vide de re: Miedel, de anachronismo qui est in Statii Theb. et Ach., Progr. Gymn. Passaviensis 1891/92 p. 17 sqq., cui nonnulla debeo. 216. **stantes:** vide ad v. 204. **inclinant pulvere flammās:** = vis pulveris flammarum ardorem supprimit. Optime explicat Lactantius: flammarum apicem vis pulveris equorum pedibus mota flectebat. 217. **ter:** iam apud Homerum (Ilias XXIII 13) equites *ter* decurrisse legimus: *οἱ δὲ τρεῖς περὶ νεκρὸν ἐύτριχας ἤλασαν ἵππους/ μωρόμενοι* (cf. Odyss.

XXIV 68 sqq.). Cf. Verg. A. XI 188: *ter circum accensos cineti fulgentibus armis/ decurrere rogos*; necnon Val. Flacc. III 347: „*ter armatos Minyis referentibus orbes*”, et Burmannus ad I. Apollonius Rhodius Cyzici mortem celebrans (I 1058 sqq.) haec verba ponit: *ἀτὰρ ἔπειτα/ τρις περὶ χαλκείοις σὺν τεύχεσι δινηθέντες/ τύμβῳ ἐνεκτερείξαν*. Idem etiam libro quarto (v. 1535 sq.) iusta Absyrto reddita describens: *τρις δ' ἀμφὶ σὺν ἔντεσι δινηθέντες/ εὖ κτερέων ἰσχυρία, χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο*. — Apud nostrum apte comparetur: Th. IV 465: *ter circum acta pyras*, sc. Manto filia. De numero sacro qui est *tres* vide W. Warde Fowler, *The religious experience of the Roman people*, 1922, p. 110, quo loco auctor complures affert fontes. Etiam antiquos Indos *ter circum mortuum ire solitos esse* Caland docuit (Verh. Kon. Akad. afd. Lett. I n^o 6 (1896) p. 24). 217. sqq. **ter** — **quater**: Haec loci difficilis interpretatio maxime probabilis esse videtur: *inl. t. t. sonant* ad equites pertinet; *ter* tela telis inlidunt. *Quater* autem circumstantes gladiis scuta pulsant; *quater* feminae planguntur, non solum quoque equitum gyro peracto sed etiam primo gyro ineunte. **curvos egere sinus**: = orbem vehentes descripserunt. Cf. Liv. XXII, 47, 8: nitendo etiam sinum in medio dedit. 217 sq. **inlisaque telis/ tela sonant**: = tela inter se quassa sonant. Figura *telis/ tela* epanalepsis quaedam est, cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 833. *Tela sonant* initium est versus Vergiliani (A. IV 149). 218 sq. **horrendum pepulere fragorem/ arma**: expressio correpta vere Statiana pro: arma pulsa horrendum fragorem dant. Cf. de usu: Brinkgreve, *Statii Achilleis*, 1914, Verklaring p. 13. Verbum *pepulere* per zeugma etiam coniungitur cum *bracchia*. 219. **mollem famularum bracchia planctum**: = *bracchia famularum planguntur*, ut mos est feminarum. De vi vocis *mollis* cf. ad v. 131 sq. Ad verum nostrum cf. etiam locum Lucani (II 24): *exigit ad saevos famularum bracchia planctus*. 220. **semianimas**: P,-es ω. Codex Puteaneus omnium praestantissimus lectionem minus usitatam servavit quae ob eam rem praeferenda est. Adiectivum *semianimas* quattuor syllabis pronuntiari e metro apparet; ita iam Ennius Ann. 463 V., cuius exemplum poetae aetate posteriores (Lucr., Verg., cett.) secuti sunt. **alter** — **ignis**: vide v. 119. 220 sq. **spirantiaque** — **armenta**: *armenta* per synec-

dochen totius pro parte—boves; *spirantia*—adhuc *spirantia*, cf. *semianimas*. Hostiae antea ita punguntur, ut vivant quidem, sed se movere non possint, cf. Th. XII 68: spirantes — inferias. *Spirare* saepe translate usurpatur pro *vivere*, ut Th. II 132: spirantem — virum; VIII 747; IV 559 spirantum rabie; IV 466 sq.: spirantia — viscera (cf. V 176); VIII 325: spirantia corpora; II 712: membris spirantibus; V 128; S. IV, 8, 2: fibris spirantibus. Cf. Ilias XVII 447: ὄσσα τε γαῖαν ἔπι πνέει τε καὶ ἔρπει = Odyss. XII 131; Soph. Trach. 1160: τῶν ἐμπνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο et Schneidewin—Radermacher⁷ ad l. 221 sq.: **hic luctus abolere novique/ funeris auspicium vates — iubet:** = hoc loco augur eos diutius lamentare vetat, ne lamentando res diras portendant. — Verbum *abolere* per zeugma cum *luctus* et cum *auspicium* coniungitur. *Novi* = futuri, venturi. Adnotat Barthius ad locum: ne, quoniam funebri casu initia expeditionis funestata videbantur, et ea res faceret metum, minueretque audaciam militibus, avertit omen et in laetas res occupat exercitum. 222. **sentit:** P, sensit ω. Optimus codex sequendus est, cuius lectioni temporum similitudo favet (*iubet* — *sentit*). De divinatione Amphiarai cf. Th. I 399: docte futuri Amphiarai; VIII 171: laudes, Amphiarai, tuas fecundaque pectora veri. Consule etiam O. Wolff ap. Roscher I 293 sqq. s. v. — Amphiarus Argivos semper admonuerat, ut a bello caverent, cf. Th. 566 sqq., 620 sqq. Vide etiam Stoll ap. Roscher I 80. 223. **vera:** sc. esse. **iubet:** sc. equites. **dextri:** ω; dextris P, quae lectio absurda est; lectio *dextri* autem aptissime contraria est versui 215 sq.: *sinistro orbe*. De vi adiectivi *dexter* cf. ad v. 215. — *Dextri* — *hac redeunt* = ad dextram circumvehentes hac redeunt. **gyro et:** eliditur in quarti pedis arsi vocalis longa o. Cf. ad 74. **gyro:** *gyrus* (γῦρος) idem valet atque *sinus* (v. 217), *curvatura*, *flexus*. Eodem nomine cursus equorum qui in spatium angustius ducti sunt cum freno parere discunt, indicatur (vernacule: voltes rijden). Cf. Ovid. A. A. III 384: in gyros ire coactus equus. — Vox etiam in oratione soluta usitata erat, cf. Cic. de or. III, 19, 70. **vibrantibus hastis:** epitheton *vibrans* saepe coniungitur cum vocibus *hasta*, *telum* talibus. Cf. Val. Flacc. VI 518: vibrantem — hastam; VIII 449: vibrantibus hastis; Verg. A. IX 769:

vibranti gladio; X 484: vibranti ictu. **libamen**: omnes aliquid sibi carum in Opheltis pyram iaciunt. Vide Lactantium ad locum: unusquisque Amphiarai iussu quodcumque ex armis raptum in ignem iaciebat, ut inde expiatio fieret occisi serpentis. Cf. Verg. A. XI 193 sqq.:

hinc alii spolia occisis derepta Latinis
coniciunt igni, galeas ensesque decoros
frenaque ferventesque rotas; pars munera nota,
ipsorum clipeos et non felicia arma;

Lucanus VIII 734 sq.: totus ut ignem/ proiectis maerens exercitus ambiat armis. Cf. etiam Suet., Divus Iulius c. 84, ubi legimus tibicines vestem detractam sibi atque discissam iniectis in flammis sicut et veteranorum militum legionarios arma sua. Cf. Blümner l.l. p. 500. — *Libamen* plane eodem modo atque ipsum verbum *libandi* non solum de libationibus sed etiam de aliis, quae delibantur a re quadam tota sacrisque adhibentur, dicitur, ut Langen docet ad Val. Flacc. I 204. **libet**: omittitur *iis*. **cingula**: sc. equorum, quam significationem probat vox *frena*, quae antecedit. Cf. Sil. Ital. IV 256. Cingulum hominibus aptum: Th. VIII 405, 567; XII 440, 528. Genera cingulorum enumerat Isid. orig. 19, 33, 1. 225 sq. **flammis/ mergere**: per metaphoram pro: *iacere in flammis*. *Flammis* est dativus localis-finalis. Cf. S. III, 3, 34 sq.: tu messes — merge rogis. 226. **summae** — **cassidis umbram**: = cristam (metonymice). De notione vocis *umbra* Vollmer egit ad S. III, 4, 29; Wagenvoort ad Sen. Ep. 122, 4, cf. idem Phil. W. S. 51 (1931) 1375, quibus in actis vocem *umbra* l.l. sensum similem (= pennae) habere docuit. 227. Versus 227—233 spurios esse Klotz fusius demonstravit (cf. Hermes, 40 p. 364 sq.), quippe qui neque in Puteanei recensione neque in vulgata occurrant. Versuum ordo quoque dubius est; vocabulum *extra* in textum non quadrat. Quo vocabulo inserto nobis putandum est funeralia intra parietes fieri; eo accedit, quod finis huic loco minime convenit, sed dignus est, qui in proelii cuiusdam descriptione inveniatur. Barthius, ut erat ingeniosus, ad locum adnotat: septem isti versus eradendi cum pulvisculo hoc loco —. Miror doctum aliquem superiorum saeculorum hominem corrumpendo Papinio operam tam absurdam locare voluisse. Non sunt enim nullo ingenio scripti, quam-

vis ne minimum quidem isti loco congrui. **multa**: de accusativo vide ad v. 14, 120. **gemunt** — **agri**: per metaphoram. Cf. Th. II 185: gement valles; V 525: gementia arva; XII 656: icta gemit tellus; Ach. I 438: gemit Thessalia. **raucis concentibus**: interpolator his verbis lamentationes vagas eiulatumque per agros auditum illustrare vult. Cf. Verg. A. VIII 2: rauco strepuerunt cornua cantu. **lituis** — **acutis**: vernacule: schelklinkende klaroenen. Cf. Acro ad Hor. Od. I, 1, 23: litui acutus est sonus, tubae gravis. **aures pulsantur**: vernacule: de ooren tuiten. Cf. Claudian. B. Get. 625: pulsaretque tuas ululatus coniugis aures. 229. **terretur** — **nemus**: per metaphoram. **sic**: alias comparationes a bello petitas invenimus Th. III 56 sq., IV 821 sqq., V 560 sq., X 619. — Cf. etiam ad v. 19. 229 sq. **sic Martia vellunt/ signa tubae**: = sic milites tubis canentibus Martia signa vellunt. Est metonymia satis audax. Ad expressionem *vellunt signa* cf. Liv. III, 50, 11: perpulerunt, ut ad arma conclamaretur, vellerentque signa. 230. **nondum ira calet**: = nondum ira inflammata sunt, per metaphoram. Cf. VII 615 sq.: irae/ hinc atque hinc calent. *Ira* eadem est atque studium pugnandi, cf. Vollmer ad S. III, 1, 44; Heuvel ad Th. I 428. **ferrum**: per synecochen materiae pro re ex ea confecta = *gladius*, cf. ad v. 90. 231. **inrubuit**: verbum *inrubesce* ante Statium non invenitur. De verbis compositis Papinianis cf. ad v. 4. Cf. etiam Th. IX 647: inrubuit caeli plaga sidere mixto; S. V. 3, 32: tuus ut mihi vultibus ignis inrubuit. v. 231 sq. **ore** —/ **horrisono**: ita K; (v. 231) Q B³ μ illo; quam lectionem Müller mutavit in: ille, Klotz in: illa (sc. tuba); (v. 232) B³ honoris opus; quam lectionem Klotz secutus est. Sensus loci confuse traditi hic esse videtur: milites pugnare nondum coeperunt, dirus <tubae> sonus primus eos alacres ad pugnandum efficit. Est interpolatoris metaphora audacior: os horrisonum tubae primum bellorum vultum comit. 231 sq. **bellorum** — **vultus**: = species pugnae, per synecochen totius pro parte et per metaphoram. Cf. Th. VIII 402: „pulcher adhuc belli vultus”, qui versus exemplum interpolatoris fuisse videtur. **horrisono: stat** — : asyndeton adversativum. **quibus sese Mavors indulgeat armis**: = utri exercitui propitius sit Mavors (metonymice). — Ad reflexivum cf. S. IV, 6, 36 sq.; Juv. II 165; Terent. Eun. 222.

vss. 234—248. Rogus exstinguitur, templum aedificatur in honorem manium Opheltis. Exempla poetae: Verg. A. VI 226 sq., A. XI 201 sq. Cf. etiam Ilias XXIII 226 sqq., IX 212, Odyss. XXIV 71 sqq., Ovid. Met. VIII 536 sqq. **Finis erat:** = v. 365. Cf. Verg. A. I 223, Val. Flacc. I 350: „et iam finis erat”. De hac formula vide Vollmer ad S. I, 2, 103. 234 sq. **lassusque putres iam Mulciber ibat/ in cineres:** = flammae iam decrescunt ignique paulatim evanescente favilla in pulverem abit. — Adest tempus a Nasone descriptum (Met. IX 262 sqq.): quodcumque fuit populabile flammae,/ Mulciber abstulerat. **lassusque — Mulciber:** metonymice pro *ignis qui minuitur*. Statius eas dicendi figuras metonymicas frequenter usurpat, quibus cum metonymia coniungitur antonomasia veluti: S. III, 1, 41 (Herculem) confectum thiasis et multo fratre (i.e. Baccho = vino) madentem; ibid. IV, 6, 56 sq.: tenet haec marcentia fratris/ pocula. (= Bacchi = vini). Ad locum nostrum comparandi sunt: Ovid. Met. XIV 532 sq., Verg. A. IX 76. **ibat/ in cineres:** = abibat, mutabatur in cineres. Cf. Ovid. Met. X 493: sanguis it in sucos; Nemes. Cyn. 29. **putres — cineres:** *Cineres* et rogi et infantis cineres designare apparet. Cf. autem Norden ad Verg. A. VI 226. Ad locum nostrum apte conferatur Ilias Latina 1061 sq.: donec collapsae ceciderunt robora flammae/ inque leves abiit tantus dux ille favillas. 235. **instant flammis:** per metaphoram = premunt, exstinguunt flammam. 235 sq. **multoque — imbre:** per metonymiam pro *multa aspergine*. Ad sententiam loci cf. Tib. II, 4, 42: nec quisquam flammae sedulus addat aquam. Qui sit liquor, poeta in medio reliquit (cf. Th. IV 608). S. II, 6, 90 sqq. autem Statius rogam pueri delicati cuiusdam Flavii Ursi vino Setino pretiosissimo exstingui memorat (cf. Vollmer ad l.). Cf. etiam Verg. A. VI 227, Ilias XXIII 250. De favilla candente restinguenda cf. Blümner l.l. p. 501, Marquardt l.l. p. 378. His locis, quos auctores laudati afferunt de bustis vino restinguendis, locus, quem apud Quintum Smyrneum invenio, addendus est (Posthom. III 723). — Vide de re etiam Becker l.l. p. 518 sq. — *Imber* dicitur de quovis umore: de sanguine cf. Th. I 438, V 598, VII 408, X 479, XII 604, cf. etiam Lucan. VI 224, Sen. Oed. 978; de lacrimis: Th. II 235, III 123, IV 591,

V 270, cf. Ovid Trist. I, 1, 18; de lacte: Th. V 619; de melle: Th. IV 453; de spuma: Th. IV 245. **soporant — rogam:** per metaphoram = exstinguunt rogam. 236. **posito donec cum sole labores/ exhausti** (sc. sunt): = donec sole occidente laborem confecerunt. Lectio codicum ω est: „positos donec cum sole laboris/ exhaustit”, quam editores iure reiciunt. **posito — sole:** = perfecto sole (V 180). 236 sq. **labores/ exhausti:** sc. sunt, per metaphoram; cf. X 36: iuvat exhaustos iterare labores; Verg. G. II 397 sq.: labor — alter/, cui numquam exhausti satis est. Vide etiam Vollmer ad S. I, 1, 18. 237. **seris vix cessit cura tenebris:** = vix ante primas tenebras rogam restinguere possunt. — *Tenebrae* = vesper, nox, cf. e.g. Th. V 180, Plaut. Ps. 88, Nep. Eum. 9, Mart. X 47. **seris:** dies longus iis visus est, quod tot res uno illo die factae erant. **cura:** vocabulum proprium defuncti corpus curantium est (Graece: *κήδενας*). Cf. Suet. Tib. 51, Tac. Hist V 5. Rogo exstincto reliquiae vel ossa colligebantur, quod munus proprio nomine ossilegium dicebatur. Stautius autem nescio qua de causa huius rei mentionem non facit. **roscida — astra:** = astra rorem afferentia, per metonymiam. Cf. Verg. G. III 337: roscida luna. **novies:** sine dubio poeta ad novemdiale sacrificium alludit. Quod ignotum Homero est. Cf. de re Wis-sowa, 1912, p. 391 sq.; Becker l.l. p. 520 sq., Blümner l.l. p. 509. Ad totum locum cf. Verg. A. V 64 sq.: praeterea, si nona diem mortalibus alnum/ Aurora extulerit radiisque retexerit orbem. **caelo:** est abl. separat. 238 sq. **dimiserat astra/ Lucifer:** Lucifer auroram lucemque nuntiat quae, ut astra hebescant, efficit. Novies igitur Aurora terras lustraverat, ut aliis verbis utar: novem dies praeterierant. Ad locutionem cf. Th. V 290 sq.: niam dimittat Eoo/ Lucifer astra polo; cf. etiam Ovid. Met II 114 sq.; IV 629; XI 97 sq., 296. 239. **et totidem Lunae praevenerat ignes/ mutato nocturnus equo:** = et totidem noctes Lucifer Hesperus cursu verso lunae splendorem nuntiaverat i.e. totidem noctes secutae erant. — Lucifer ut Hesperus Vesper, Vesperugo, Noctifer, Nocturnus dicitur, cf. Ov. Heroid. 17, 112; Met. II 114; Sen. H. F. 128; Roscher, Myth. Lex. III 2520 sq. (s. v. Planeten); De Luciferi equo consulas Weizsäcker ap. Roscher III 2445 sq.; Korn—Ehwald⁴ ad Ovid. Met. XV 189; Kirby Flower Smith ad Tib. I, 9, 62. **Lunae — ignes:** = ardorem

lunae. cf. Hor. Od. IV, 2, 57 sq.: ignes — lunae. **praevenerat:** cf. Verg. Ecl. VIII 17: nascere praeque diem veniens age, Lucifer. De verbis quae componuntur cum praepositione *prae*, cf. ad v. 5. 240. **mutato — equo:** poeta igitur Luciferum equo novo ascenso retrorsum vehementem inducit. 240 sq. **conscia — sidera:** *conscia*, per prosopopoeiam. Cf. Verg. A. IX 429: conscia sidera; IV 519 sq., conscia fati sidera. Cf. etiam Cat. LXII 34 sq.: „nocte latent fures, quos idem saepe recurrens/, Hesperere, mutato comprehendis nomine Eous” et Bährens necnon Riese ad l., Horat. Od. II, 9, 9 sq. (Orellius et Kiessling ad l.). De re cf. Weizsäcker ap. Roscher III 2444. 241. **et alterno deprenditur unus in ortu:** = stellis utique notum est Luciferum Hesperumque revera unum eundemque esse. Rem bene explicat Cicero (de Nat. Deor. II, 20, 53): stella Veneris, quae *Φωσφόρος* graece, latine dicitur Lucifer, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, Hesperus. **mirum, opus adcelerasse manus:** ita P^ω. adcelerante B² Q² D C; manu B Q² D C f, quas lectiones Garrod iniuria secutus est. Sandström (Upsala Univ. Årsskrift 1878 p. 52) legere vult: mirum opus ac celebranda manus; sed nihil mutetur. *Manus* acc. plur. est, *adcelerasse* sensum transitivum habet (cf. Th. V 278; S. I, 2, 268). Alia interpretatione, cui non adstipulor, vox *manus* genitivus est pendens a vocabulo *opus*; quod si ita est, *adcelerasse* sensu intransitivo adhibetur. Num dativum priscum *manu*, quem voluit Klotz (cf. Arch. f. Lat. Lexicogr. u. Gramm. 15 Bd, 1908 p. 402), coniunxit cum voce *adcelerasse*? Utcumque res se habet, manifestum est poetam haec dicere: mirum est opus tam celeriter perfectum esse. **saxea moles:** = Ovid. Met. XII 283, i.e. monumentum marmoreum. 243. **templum ingens cineri:** vernacule: een grootsch grafmonument voor den afgestorvene. Ad quam significationem vocis *templum* cf. Sil. Ital. I 84. Poetae ante oculos versatur monumentum sepulcrale valde pretiosum, quale locupletes illis temporibus, quae ipse viderat, exstruere solebant, ut e.g. iuxta viam Appiam vel viam sepulcralem, quae adhuc Pompeiis exstat. Cf. de re Blümner l.l. p. 505 sqq.; Ippel, Pompeji p. 188. Contra aetate heroïca sepulcra simplicia fuisse constat, id quod testificantur Ilias XXIII 256, XXIV 51, XI 371; Odyss. I 291, III 258, XI 77, XII 14 alii loci, Apoll. Rhod. I 1062. Cf. etiam Verg. A.

VI 232 sqq. Klotz *templum* ut *sarcophagum* interpretatur, sed ineptum est putare sarcophagum talem sub divo exstrui. Huc accedit quod in sarcophago urnae ferales condi non solebant. Mea quidem sententia voce *templum* monumentum sepulcrale designatur. Vollmer (Rhein. Mus. N. F. 1896, p. 34) disserit de: „*Gemälden im Tempel des Archemorus*”. Quae interpretatio autem mihi falsa esse videtur: vocabula „*marmorea in hasta*” (v. 248) aperte ad monumentum quoddam marmoreum spectant. **cineri**: per metonymiam pro. *manibus*. Cf. Th. IX 563, XI 190, V 454, VII 92; S. V, 2, 84 passim. **effictus**: ita s. Sucquetius, Barthius; effectus P ω . Ad significationem verbi *effingere* h. l. obviam cf. e. g. S. I, 1, 6; Th. II 733; IV 427; Verg. A. VI 32; Prop. III, 9, 9 (IV, 8, 9). **in illa**: P ω ; illo B³S²LDN. Lectio *illa* spectans ad *saxea moles* praeferenda est. 243 sq. **rerumque effictus in illa/ ordo**: vernacule: een serie reliefs. Putandum est sculpturae fictam esse expositionem neque Statium ectypa a se visa his versibus descripsisse, praesertim cum imagines tales narrationis tenor postulet. Poeta noster artium intellegendis et amatoribus amicis usus est; ipse quoque artis operum studiosissimus fuit; quam ob causam mirum non est eum opera talia studio peculiari describere, cf. e. g. Th. I 548 sqq., IV 166 sqq., VI 62 (vide ad l.), 535 sqq.; IX 332 sqq., X 61 sqq., XII 667 sqq. Res, quas poeta ectypis describendis h. l. breviter tetigit, libris IV et V fuse persecutus est. De numero emblematum monumenti viri docti inter se dissentiunt. Vollmer (Rhein. Mus. N. F. 51, 1896, p. 34) quattuor imagines fuisse arbitratur: 1) Hypsipyles et Danaorum; 2) Archemori in herba ludentis; 3) Archemori ab angue occisi; 4) denique pyrae utriusque: quam ob rem verba *tumuli* et *circum* puncto geminato distinguit, ita ut *tumuli* sit nom. plur. Eum Garrod sequitur. Quibus si nos assentimur, tumulorum in emblemate quarto expositio parum distincte tractatur. Melius Klotzium sequimur adnotantem poetam tria tantum emblemata descripsisse: in arte enim Romana monumentorum terga inornata esse notum est. Praeterea noster mausolei marginem i. e. istarum in eo imaginum crepidinem angue figuratam dicit, sicut effigies in Achillis clipeo Oceano circumcluduntur. 244 sq. cf. IV 797 sqq. 245. **Danais**: vide ad v. 1. **reptat flebilis infans**: cf. IV 786—796. *Reptare* dicuntur

parvuli, cf. Vollmer ad S. I, 2, 260. — *Flebilis* = flens, cf. Th. IV 781 sq. 246. **hic iacet**: sc. infans mortuus (cf. V 499—540). **extremum tumuli circum asperat orbem/ squameus**: = spirae saevae serpentis mausoleum circumplectuntur. Cf. ad hunc usum praepositionis *circum*: Th. X 655: circum cumulantur; VII 573: circum mugire iuvencae. **asperat orbem**: expressio correpta pro *orbem asperum efficit*. Fortasse lectio cod. C *orbis* collato Verg. G. II 153: *rapit immensos orbis* praeferenda est. 247. **squameus**: sc. anguis. Cf. Verg. G. II 153 sq.: neque tanto/ squameus in spiram tractu se colligit anguis. **expectes**: poetae saepius eos artifices laudant, a quibus animalia ita finguntur, ut re vera vivere videantur. Iam Homerus identidem lectores de illa expressione accurata admonuit. Eadem res in aetatis veteris praeceptis artis crebro apparet. Statius quoque epitheton *vivus* necnon verba, qualia *vivere, spirare* (cf. Verg. A. VI 847) haud raro usurpat. Cf. Vollmer ad S. I, 3, 47; ad locos a Vollmero laudatos addo: Th. IV 132 sq. Etiam consulas Purgold, Arch. Bem. z. Claud. u Sid., p. 108 sq. Versus 247 sq. sententia haec est: spirae serpentis se circum hastam in marmore sculptam volventis tam vere et accurate fictae sunt, ut sibilum, quem anguis moriens rictu cruento edit, se audire spectator putet. Ad locum cf. Th. V 574: longus vix tota peregit/ membra dolor, rapido celer ille volumine telum/ circuit. — 247 sq. **cruenta/ sibila**: per enallagen adiect. *cruenta*, quod oris serpentis proprium est. 248. **sibila**: sibilum nomen proprium est vocis ab angue emissae. Cf. Th. I 115, de Tisiphonae serpentium crinibus: *fera sibila*; cf. VIII 345; II 290: sibila dira (sc. Harmoniae in anguem mutatae). Comparantur etiam Th. V 528; VIII 345; S. II, 1, 48; S. III, 3, 26. — **sic**: ad locutionem *expectes* — *sic* cf. Th. III 253 sq.: credas — *sic*; VII 599 sq.: putes — *sic*. **volvitur**: pass. reflex., cf. Th. VIII 110, 740; V 523; II 582; VI 505; cf. etiam Verg. A. IV 449; X 403; XII 672; G. I 163 et Ladewig—Jahn⁹ ad l. De qua re consule Stolz—Schmalz l.l. p. 543 sq. **in hasta**: = circum hastam. De vi praepositionis *in* Brinkgreve ad Ach. I 41 bene egit.

vss. 249—254. Vicini conveniunt, ut ludis intersint. Exemplum poetae: Verg. A. V 106 sqq.

249. **pugnas — inermes:** = certamina. Cf. Th. VII 90: pugnas — inermes; S. III, 1, 44: insontes — irae. 250. **fama vocat cunctos:** tali modo haec verba interponantur. Klotzius recte lectionem codicum P ω praefert: poetam verbis sic interpositis admodum delectari demonstravimus ad v. 98. O. Müllero autem Garrodioque qui lectionem codicum D N Q $\mu\nu$ *cunctis* sequuntur non assentior. **vocat:** per metaphoram, ut v. 295, 552; V 37, 469, VIII 373, X 193, Ach. II 7, passim. **arvis ac moenibus:** abl. separat. **moenibus:** synecdochice (pars pro toto) pro urbe ipsa, cf. Th. II 209; III 115, 248, 373, 656, 688; V 495; IX 294, 520, 640 passim. Cf. etiam Verg. A. 276 sq. 250 sq. **adsunt/exciti:** constructio ad sententiam. Cf. ad expressionem *exciti* Vergilianum (A. V 106 sq.) *famaque finitimos — excierat*. 251. In arsi secundi pedis et in thesi quarti pedis longa vocalis *i* eliditur. Cf. ad v. 74. **quis:** de ea dativi et ablativi forma cf. Ernout—Meltzer Hist. Formenlehre des Lat.³ p. 75, Stolz—Schmalz l. l. p. 287; Sommer, Handb. § 293. **belli — horror:** *belli* est gen. subi., *horror* idem valet atque *atrocitas*. Sententia igitur loci haec est: „qui nondum bellum horribile experti sunt.” Supplendum est copulativum. 252. **effeta:** sc. aetas. Ad sententiam vocis *effetus* cf. Vergil. A. V 396: *effetae* in corpore vires (vide Forbigerum ad l.), A. VII 440, 452: *veri effeta senectus*. **domi:** ita B³ ω ; *domus* P B¹, quae lectio sana esse non potest. Vox *domi* ad utramque sententiam relativam applicetur. **prima — aetas:** — infantiae initia. Cf. Ach. I 163: „prima — aetas” et quae Markland de enuntiationibus hominis aetatem indicantibus annotavit ad S. II, 6, 70. Ut hunc versum meis ipsius verbis reddam: etiam ii, quos senectus vel iuventus impediverat quominus funebribus adessent, conveniunt sc. cupiditate inflammati ludos videndi. 253. **aut:** vide ad v. 53. **Ephyraeo in litore:** cum usitata apud nostrum syllabae longae elisione in thesi quarti pedis. Cf. ad v. 74. Adiect. *Ephyraeus* derivatur a nomine antiquo Corinthi quod est *Eqύρα*. Cf. Th. VII 105 sq.: *Ephyraea* — litora; II 207: *Ephyraeaeque rura*; Ovid. A. A. 353: *Ephyraeae* — *Creusae*. 253 sq. **tanta/ — fremuerunt agmina:** expressio correpta pro: *tanta agmina tanto tumultu convenerunt, adfuerunt*. 254. **Oenomai — circo:** quod *Oenomaus* primus Olympiae cursus equestres cum procis filiae

Hippodamiae habuisse fertur. Vix est cur moneam poetam v. 253 sq. ad ludos Isthmios Olympiosque spectare.

vss. 255—267. Locus describitur quo ludi fierent. Spectatores considunt. Exemplum poetae: Verg. A. V 286 sqq.; cf. etiam XI 522 sqq. Loca omnia, quibus res magnae gerendae sunt, poetae paucis vel pluribus verbis exponunt, ne locus quo quid fiat, lectori ignotus sit. Moneo autem versus nostros non locum verum describere (cf. Frazer, Pausanias III, 89 et 91) neque Nemeam a Statio fictam Graeciam numquam obiisse ut patrem eius. De patre cf. Vollmer Silv. libri p. 15 sq. Contra Vergilium omnes locos, quos descripserit in carminibus, adiisse notum est. De qua re cf. Boissier, Nouvelles promenades archeolog. p. 125 sq., sed cf. etiam B. Rehm, das geogr. Bild des alten Italien in Vergils Aeneis (Philol. Suppl. Bd. XXIV, Heft II, 1932 p. 83): oft schafft Vergil aber auch typisierte Phantasielandschaften, wie wir sie bei Ovid, der rhetorischen Geschichtsschreibung, der Wandmalerei finden. Locorum descriptiones (*τοπογραφίας*) in Thebaide saepe legas (cf. Th. II 32 sqq., 496 sqq., III 460 sqq., IV 419 sqq., 697 sqq., V 49 sqq., VII 34 sqq., VI 88 sqq., X 84 sqq.). De re cf. Horat. Ars Poetica v. 14 sqq. et Kiessling—Heinze ad l.; F. Leo: de Stati silvis in ind. lect. Götting. 1892/3, p. 6; G. Reichel: Quaestiones progymnasmaticae, diss. Lips. 1909, p. 73 sqq. Nemeam hodiernam J. Ponten, Griechische Landschaften p. 147, imago 55 depingit. Poeta noster ut erat Vergilii imitator, Aeneidis V 286 sqq. ante oculos habuit; a subtilitate autem Maroniana discedens tantas res addidit, ut locus noster mente fere comprehendi non posset. **collibus incurvis viridique obsessa corona:** = circumdata viridi corona collium incurvarum, per figuram quae dicitur *ἐν διὰ δυοῖν*. *Incurvus* significat *vallem complectens*, *obsessa* h. l. sensu translato usurpatur (cf. Ovid. Met. XV 717: Trachasque obsessa palude), *corona* sensu translato idem valet atque *ora*, quae viridem colorem propter gramina arboresque habet: cf. Horat. Od. I, 21, 8: viridis Cragi (montis Lyciae). 256. **in amplexu nemorum:** i. e. nemora vallem complectuntur (metaphorice). De Nemea silvestri cf. etiam


Th. V 44 sq.: „nec facilis Nemea latas evolvere vires,/ quippe obtenta comis et ineluctabilis umbra.” et Theb. IV 832: silvarum, Nemea, longe regina virentum. **sedet:** = sita est. *Sedendi* verbum adhibetur etiam, ut loco nostro, ad indicandos locos depressos et res in vallibus profundis sitas: cf. Sil. Ital. VI 647, VIII 507, XI 162; Lucan. III 380, Val. Flacc. I 828 et Langen ad l., cui hanc observationem debeo. **circum:** adverbialiter. 256 sq. **hispida** — **iuga:** = montes silvestres fruticibusque vestiti, cf. Verg. A. X 210 sq.: hispida — frons; Plin. nat. 22, 6, 7: herba aspectu hispida. 257. **stant:** cf. ad v. 216. **obiectus** — **agger:** = iugum vallem praecludens. **geminis umbonibus:** = duobus cacuminibus. Cf. Th. II 498 sq.: „gemi — colles.” De voce *geminus* vide ad v. 118. Vox *umbo* per metaphoram usurpata eandem vim habet atque *culmen*, cf. VII 15; Ach. I 408; S. III, 1, 110 ad quem locum consule Vollmer. Th. II 671, Ach. II 141 idem valet atque *cubitus*; Th. IX 463 = *summus fluctus*; VI 352 et S. IV, 3, 47 = *saxum*. 258. **campum exire vetat:** = campum amplius se extendere vetat, ut O. Müller recte interpretatur. Ad quem usum metaphoricum verbi *exire* cf. Th. V 530, Lucan. VIII 461. Verbum *vetandi* metaphorice adhibitum Th. II 2, III 334, 624, IV 622, IX 38; Ach. I 2, 410; S. I, 1, 38 passim est obvium. **longo** — **tramite:** vernacule: in een langen loop. Ad quem usum metonymicum huius vocis cf. Lucr. VI 27: tramite parvo. — Poeta etymologiam vocis (* trans-(s) mit-, cf. meo) intellexisse videtur. Consulas Stolz—Schmalz l. l. p. 161. 259. **gramineae frontes:** ω frondes; P frontes, quam lectionem O. Müller ex P restituit haec monens: „sunt autem frontes iugorum, quae campum tamquam scaenam terminant. Cui loco similem similibus describit verbis Caesar bell. Gall. II, 8, 3: collis..... in frontem leniter fastigatus paulatim ad planitiem redibat. Cf. v. 714.” — Ad significationem vocis *frontes* = voorkanten van bergen, cf. Verg. A. I 166: fronte sub adversa. **sinuataque:** = inflexa, arcuata. **caespite vivo:** = herbis viridibus. Est iunctura usitata, cf. Hor. Od. I, 19, 13: vivum — caespitem; III, 8, 4: caespite vivo; Calp. Ecl. 5, 25: caespite vivo; Ovid. Met. IV 300 sq.: vivo/ caespite; cf. etiam Apul. Met. 7, 10: caespite virenti. Apud nostrum cf. Th. I 587: caespite viridi; Th. IX 234 sq.: viridi — caespite. Ad

sententiam loci apte comparetur Apoll. Rhod. I 1060 sq.:
ἐπειρήσαντο τ' ἀέθλων, ἢ θέμυς, ἄμ πεδίον λειμώνιον. (**mollia**) —
augent fastigia: = (quem) fastigia maiorem efficiunt. Adiec-
 tivum *mollia* èt cum *caespite vivo* et cum *non subitis clivis*
 coniungi potest. De ea adiectivi *mollis* significatione cf. Th. I
 330: *molle sedens* = *leniter declivis* et consule Heuvel ad locum.
 Cf. etiam Liv. XXV 36, 6: „fastigio leni” et Drakenborch ad
 Liv. I, 38, 6. Verbum *augent* significare potest: *acclivem*
efficiunt, sicut Bindewald explicat (von dem man — empor-
 steigt). Sed potius Imhofium sequamur interpretantem: —
 wird noch vergrössert, cui explicationi vocis *campus* etymologia
 respondet. Cf. Walde, Lat. etym. Wörterbuch² p. 119: *campus*
 urspr. Biegung, Einbuchtung, Senkung, gr. *καμπή, κάμπω*. —
non subitis clivis: = *clivis molliter devexis*; *non* ad adiectivum
subitis solum pertinet. Ad significationem adiectivi *subitus* cf.
 adiect. germanicum: *jäh*. 261. **conferti:** constructio ad senten-
 tiam; cf. etiam *sedere* (v. sequenti). De ipsa re cf. Kühner—
 Stegm. II 1 § 9; locos Statianos collegit Heuvel ad Th. I 561;
 cf. etiam Ach. I 841: *solvuntur laudata cohors. sole rubentibus*
arvis: i.e. *prima luce*. Cf. Th. II 137: *sole rubens* (sc. *Aurora*).
 Vocem *rubens* talia poetas in describendo sole oriente saepe
 adhibere Blümner (Berl. Stud. f. class. Phil. u. Arch. Bd. 13
 Heft 3 p. 170 sq.) demonstrat. 262. **bellatrix sedere cohors:**
 Cf. Ach. I 559: „*hilaris sedere iuventus*”. Vocem *cohors* quae,
 ubi de rebus Romanis agitur, ad certas exercitus partes refertur,
 poetae saepe de rebus aetatis heroicae adhibent. Qua voce per
 synecochen speciei pro genere Th. IV 75; V 21, 672; VI 595;
 VII 100, 145, 389, 501, 527; VIII 260, 364; IX 191, 372, 527,
 650, 672; X 8, 114, 269, 475, 785; XI 136, 292, 331, 498; XII 56,
 182, 643, 685, 807; Ach. I 482, — cf. Verg. A. III 563, —
 Statium quoque uti videmus. **corpore mixto:** = *promiscui*. Cf.
 illud Maronianum *commixti corpore* (A. XII 835) i. e. *permixti*
 cum Latinis. 263. **metiri numerum vultusque habitusque**
suorum: = *commilitonum numerum conicere et vultus habitus-*
que eorum contemplari, per figuram quae zeugma dicitur.
 264. **dulce viris:** sc. est. Vide ad v. 143. **tantique iuvat fiducia**
belli: sc. eos. Sententia loci haec est: *laetitia perfunduntur, quod*
tantis armatorum copiis confidere possunt. Vox *bellum* metony-

mice adhibitur = *copiae* Plin. pan. 12, 3. Ad locutionem *fiducia belli* cf. Verg. A. II 162: *coepti fiducia belli*; Claud. de bello Pollent. 380: *tantane vos, inquit, Getici fiducia belli erigit?* 265. **centum ibi nigrantes — tauros**: Dis inferis manibusque pro natura eorum nigrae victimae mactari solebant, imprimis boves, cf. Lucr. III 52; Verg. G. IV 546; A. III 120; V 97, 736; VI 153, 243; Tib. III, 5, 33; Stat. Theb. I 506; VIII 339; Sil. Ital. I 119; XIII 405. De qua re consulatur Wissowa, R. u. K. 1902, p. 348. Vim usumque vocis *niger* vel *nigrans* fuse tractavit Blümner: *dic Farbenbezeichnungen bei den röm. Dichtern* (Berl. Stud. f. class. Phil. u. Arch. 13 Bd. 3 Heft, 1892) p. 54 sqq., praesertim inspicienda est pag. 58. *Centum* interdum invenitur numerum hostiarum indicans, cf. Verg. A. I 634 sq., VII 93; cf. etiam vox Homericæ, quae est *ἐκατόμυβη*. Interdum adiectivum *ater* invenitur victimarum colorem indicans, cf. Verg. A. VI 249; Ovid. Met. VII 244; Sen. Oed. 569; Stat. Th. IV 445; VII 476; II 541 de sue. **armenti robora**: per metonymiam usitatis-simam pro: partem validissimam armenti. 266. **lenta mole**: = lentos immanesque. Plura exempla locutionis *mole* = corpore magno, quod hominum animaliumve proprium est, invenies apud nostrum Th. V 442: *tarda quamvis se mole ferentem* (de Hercule); VI 837 sq.: „*Agylleus, / Herculea nec mole minor*“, cf. etiam VI 437 sq.; IX 226, 861. Apud Verg. cf. A. VIII 199: *magna se mole ferebat* (de Caco); X 771: *mole sua stat* (de Mezentio); XII 575: *densaque — mole feruntur* (de Troianis). 267. **matribus**: de animalibus, cf. Th. IX 739, Verg. A. IX 628, G. III 398. — Suppleatur copulativum. **nondum lunatis fronte iuvcncis**: = iuvcncis nondum cornua habentibus. Cf. Claudian. Rapt. Pros. I 129: *nec nova lunatae curvavit germina frontis*. Vide etiam Pall. Rut. IV 11: *cornibus robustis ac sine curvaturae pravitate lunatis*.

vss. 268—295: **P o m p a i l l u s t r i s i m a g i n u m d e s c r i b i t u r**. Vix est cur moneam haec omnia a temporibus heroicis aliena esse. Mirum est, quod exsequiis demum peractis imaginum pompa ducitur. Immo dies novem praeteriisse constat (vide v. 238)! Contra imagines in funeribus ab aliis auctoribus descriptis eodem tempore atque mortuus et quidem

ante arcam duci solebant. Cf. e.g. Silius Italicus X 567 sq.: aut celsis de more feretris/ praecedens prisca exsequias decorabat imago; Tac. Ann. III 76 (de funeribus Iuliae): viginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt. Consule Blümner l.l. p. 494; cf. etiam Benndorf, Antike Gesichtshelme u. Sepulcralmasken, p. 273 (Denkschr. d. Ak. d. Wiss. Wien, 28 Bd); A. N. Zadoks—Josephus Jitta, Ancestral portraiture in Rome, diss. Amstelod. 1932, p. 22 sqq., in primis p. 39 demonstrans eum usum Tiberii temporibus iam obsolevisse. Deinde annotandum est hoc loco Opheltis maiorum imagines non designari sed Adrasti. Ne rogaveris unde Adrastus maiorum imagines tam brevi tempore apportaverit, nisi vero eum imagines novem illis diebus interiacentibus domo subvehendas curavisse nobis putandum est. In Th. II vs. 215—220 enim legimus Adrasti atria regalia maiorum imaginum aenarum plena esse. Loco nostro eadem signa aenea (cf. v. 272) conspicamur quattuor signis exceptis compluribus aliis additis. Apte conferatur Th. IV 589 sqq., quo loco legimus Mantonem Tiresiae filiam inter manes quos videt etiam enumerare maiores Adrasti regis. Ut autem rem summatim exponamus, genealogiam adiungemus, praesertim cum poeta heroum de quibus supra sermo est, cognitionem haud explanet. Myrtilos e.g. stemmati huic inserendus non est. Eius nomen ad versus 283 imaginem supplendam nostrum adiecisse verisimile est. Ne Coroebus quidem unus ex Adrasti maioribus est; tamen huic numero deesse nequit, utpote qui heros Argorum gentis proprius sit (Cf. Th. II 605 sqq.).



268. **Exin:** = exinde, cf. Th. II 223. Apud Verg. *exin* quater, *exinde* semel legitur. Formam *exinde* apud nostrum non invenimus. Cf. de re Cic. Or. § 154: dein etiam saepe et exin pro deinde et exinde dicimus. **magnanimum;** Cf. Th. II 733: magnanimum — regum; Th. III 349: magn. — avorum; S. V, 3, 10: magn. — regum. Cf. etiam Verg. G. IV 476, A. III 704, VI 307 et Norden ad l. **series antiqua;** vernacule: een stamboom die hoog opklimt. Ad quam significationem cf. S. V, 2, 15: series inhonora paren-

tum; S. II, 1, 85: aut serie generis demissa propago; ibid. 195: seriemque Quirini/ adgnovit; Th. III 286: demissumque Iovis serie genus. **parentum**: sensu latiore = maiorum. Videtur Staius, quoniam in enchiridio suo mythologico satis nominum invenire non poterat ad illustrandam Opheltis pompam neque eam omittere volebat, Adrasti maiores produxisse. 269. **invehitur**: emblemata aënea curribus vehebantur. Eodem modo aetate liberae reipublicae vehebantur ii qui personas cereas portabant. cf. Polyb. VI 33: *αὐτοὶ μὲν οὖν ἐφ' ἀρμάτων οὔτοι πορεύονται*. Consule etiam Blümner l. l. p. 494, Marquardt l. l. p. 359. **miris in vultum animata figuris**: vernacule: (reliefs die) in een bewonderenswaardige weergave een treffende gelijkenis vertoonen. *Figuris*: sensu proprio. **in vultum animata**: expressio correpta pro: (signa) ita facta, ut vultus animati exprimantur. Artifices Graecorum a poetis Romanis saepe laudantur, propterea quod homines et animalia ita fingunt, ut re vera vivere videantur (cf. ad v. 247): persaepe etiam noster in describendis statuīs per translationem verbo spirandi utitur (S. IV, 6, 28; V, 1, 230) vel animandi (S. I, 5, 42; II, 2, 64; V 1, 2) vel vivendi (S. I, 3, 47; III, 1, 95; II, 2, 67; IV, 6, 26; Ach. I 332). — Praepositio *in* cum acc. coniuncta effectum designat habetque significationem finalem. Cf. S. I, 5, 43: „in species animosque nitent” et adnotationem Vollmeri ad l.; Ovid. Met. IV 619: varios animavit in angues; Met. XIV 566: in nymphas animata classe marinas. — Idem versus finis Th. III 224 legitur: terrificis monstrorum animata figuris. — Quod ad textum attinet, Garrod proposuit *vitam*. At lectio tradita sine dubio sana est. 270. **Tiryntius**: = Hercules, ut saepe apud nostrum, cf. e. g. V 380, VI 532; VIII 459, 501, 749. Vocatur *Tiryntius* a Tirynthe ubi educatus esse traditur. Quod ethnicum pro nomine proprio inde a Callimacho (Hymn. III 146 et frg. an. 239) invenitur. **angens**: sensu proprio, cf. Th. IV 827 sq.: cum colla comantia monstri/ angeret. Cf. etiam Ovid. Met. IX 78, Verg. A. VIII 260. 270 sq. **duro — pectoris attritu**: = leonem vehementer pectori apprimens. Vox *attritus* est una e sex vocabulis in *-tus* exeuntibus, quae Staius in poeticam linguam introduxit. Sunt: vox quam supra memoravimus (Ach. I 435), coeptus (Th. XII 644), conquestus (Ach. I 399), egestus (S. IV,

3, 42), *instinctus* (Th. V 104), *suggestus* (S. I, 2, 114). De re *inspicias* Schamberger l.l. p. 265 sqq. 271. **sua frangit in ossa leonem**: = frangit leonem ita, ut nihil restet nisi ossa separata [artibus solutis]. *Sua* pertinet ad obiectum *leonem*; de quo usu cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 470. Ad constructionem cf. Verg. A. V 279: seque in sua membra plicantem (de serpente vulnerato). Observat Barthius ad l.: Significatur leo atrotus Nemeaeus, quem cum vulnerare non posset, tali modo astrictum pectori exanimavit Hercules. De Hercule leonem Nemeaeum angente cf. Furtwängler apud Roscher I 2195 sqq., 2223, 2243; Gruppe, P.W. Suppl. III 1029 sq. Signa marmorea Herculis leonisque (c.q. facta ad exempla signorum quae ex aere expressa erant) depicta invenias apud S. Reinach, Rep. stat. IV ind. p. 596. 272. **haud — impavidi**: per figuram quae dicitur litotes: vide Stolz—Schmalz l.l. p. 837 sq. Cf. Th. VI 498 sq.: non — ianitor — impavidus. 272 sq. **quamvis et in aere suumque/ Inachidae videre decus**: = quamvis Inachidae [non Herculem ipsum sed] imaginem tantum herois ex aere factam videbant nec minus Hercules gloria gentis erat. Est constructio correpta; nota etiam zeugma, quod inest verbis *videre in aere — suumque decus*. 272. **in aere**: = Herculem ex aere factum. Ad vim praepositionis *in* materiem indicantis, cf. locutiones nostrae quales sunt: een Hercules in brons, een medaille in goud, in zilver. E verbis *in aere* poetam signa aenea designare apparet. Cf. de imaginibus Adrasti maiorum Th. II 215 sq.: species est cernere avorum/ cominus et vivis certantia vultibus aera. Cf. etiam Dio Cassius 56, 34 et 74, 4 quibus locis imagines inauratas in pompa vehi legimus. 272 sq. **suumque — decus**: = heroem suum gloriosum. *Decus* metonymice adhibitum de hominibus legis: Th. II 715: diva ferox, magni decus ingeniumque parentis; V 125: decus et solacia patris (de liberis), 610: servitiique decus (de Archemoro), 424: magnorum decora alta patrum (de Argonautis); VI 391: terrarum decora ampla viri; VII 363: o mihi sollicitum decus ac suprema voluptas,/ Antigone! Cf. Verg. A. IX 18: Iri, decus caeli; 405; XI 508, XII 142, VI 546; Val. Flacc. I 56, ad quem locum Langen adnotat, ubi *decus* hanc significationem habeat, genit. vel pron. addi. Vide etiam ad v. 5. — De locutione *et — que* cf. ad v. 161. 273. **Inachidae**: vide ad v. 3. **pater**:

honorifica appellatio est auctoris generis. Cf. illud Maronianum: pater Aeneas. **ordine iuncto:** i. e. secundum Herculis imaginem. 274. **laevus** = a laeva parte emblematis. **harundineae recubans super aggere ripae:** = habitu corporis commodo conquiescens supinus in aggere ripae quae harundine vestita est. De aspirationis mobilitate vocum *harundo*, *harundineus*, talium, cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 138 sq. — *Ripae* genit. explicativum esse apparet. Quid sit *agger*, iam tractavi ad v. 58. Restat ut varias lectiones commemorem: recubans P Q S¹ N¹ r¹ b¹ μν, recubansque B M K S² D N² f C r² b²: sed non opus est particula — *que*. Quod attinet ad lectionem codicum ω *sub*, librarium illud Vergilianum *recubans sub tegmine fagi* ante oculos habuisse verisimile est. Recte autem editores recentes lectioni cod. P_{rs} *super* favent. 275. **emissaeque indulgens Inachus urnae:** = sinens urnam profuse emittere aquam. Partic. perf. exstat pro partic. praes. pass. (= medii), quod deest. *Emitti* dicuntur flumina (cf. *ἐξίτημι*), vide e.g. Curt. VII 11: collatae aquae per prona montis flumen emittunt. — Cf. ad locum Verg. A. VII 792: caelataque amnem fundens pater Inachus urna. — Apud aetatis Hellenisticae artifices et sculptores deus fluvialis figura cubans sexus virilis est (cf. Philostr. im. 2, 14: *ποταμῶ γὰρ ὀρθοῦσθαι οὐ σύνηθες*), sed raro cornutus, licet poetae deos fluviales illo quoque habitu ornare soleant, cf. Stat. Th. II 216 sq.: bicornis — Inachus; Th. IV 831: aeternae largitor corniger undae (de flumine Nemeae); Th. IX 420: cornua concutiens (sc. Ismenus); Verg. G. IV 371, A. VIII 77; Ovid. Met. XIII 894, Val. Flacc. I 106. [Deos fluviorum formam taurinam vel sola cornua habentes effingebant, ut fertilitatem denotarent. Cf. de re Ladewig—Jahn ad Verg. G. IV 371; cf. etiam Schneidewin-Nauck-Radermacher⁷ ad Soph. Trach. 11; Baumeister, Denkmäler 569 (vide etiam c. 2 sqq.).] Sensim ea aetate haec quoque insignia in consuetudinem veniunt: urna, harundo, cornucopiae, vide Lehnerdt ap. Roscher I 1492. Statium igitur Inachum ut deum fluviale describentem temporum Hellenisticorum posteriorumque sculptores secutum esse manifestum est. De Inacho flumine deoque cf. Engelmann ap. Roscher II 125 s.v.; Kroll, P.W. IX 1218 sq. — De urna deorum fluvialium bene egit Purgold, arch. Bemerkungen zu Claud. u. Sidonius p. 41. Cf. etiam Th. IX 410.

Pluribus verbis poeta Ismenum deum fluvialem describit Th. IX 404 sqq.:

At pater arcano residens Ismenos in antro,
unde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus
pascitur et Tyrios melior venit annus in agros,
ut lamenta procul, quamquam obstrepit ipse, novosque
accepit natae gemitus, levat aspera musco
colla gravemque gelu crinem, ceciditque soluta
pinus adulta manu dimissaque volvitur urna.
illum per ripas annoso scrupea limo,
ora exsertantem silvae fluviique minores
mirantur: tantus tumido de gurgite surgit,
spumosum attollens apicem lapsuque sonoro
pectora caeruleae rivis manantia barbae.

Inachus: nominativus huius nominis apud nostrum semper terminationem Latinam praebet, cf. Th. I 357, II 218, IV 712, V 748, VII 553; cf. etiam Verg. A. VII 372, 792; Sen. H. O. 139, Val. Flacc. V 209. Accusativus autem terminationem Graecam servavit, cf. Th. VII 420; IX 444; id quod metro postulari C. A. Zwiener (Bresl. phil. Abh. IX, 6, p. 134 sqq.) monuit. 276. **Io — iam prona:** = Io iam bos. Ad quem usum vocis *pronus* cf. Ovid. Met. I 84: pronaque cum spectent animalia. **post tergum:** ita P, pos tergum f (per haplographiam vel ex scribae pronuntiatione vulgari). Etiam Klotz *pos* legere vult, quod non intellego. De qua vocis forma cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 161, 501. Loci sententia est haec: post patrem effigies Ionis invehitur. Aliam interpretationem Imhof et Bindewald proposuerunt: hinter ihm steht — Io. Inepte autem Mozley vertit: Io —, sees behind her back. **dolorque parentis:** per metonymiam, cf. e.g. Th. VIII 195, Verg. A. X 507. Perperam O. Müller (quem secutus est Imhof qui vocabula *dolorque parentis* coniungit cum verbo *spectat*) locum interpretatur: *i.e. dolens pater*, propterea quod secundum illam interpretationem patris (= Inachi) imago bis expressa esset. Insuper recta verborum *post tergum* (sc. Inachi) interpretatio huic explicationi repugnat. 277. **inocciduis stellatum visibus Argum:** = Argus tot oculis obsitus numquam somno sopitis, quot in caelo stellae sunt. Vox *inocciduis* apud poetas aetatis argenteae invenitur, cf. Lucan. VIII 174 sq.: non mergitur

undis/ axis inocciduus; Stat. Th. VIII 309 sq.: „firmum atque immobile mundi/ robur inoccidui”. Loco nostro hoc adiect. sensu translato usurpatur, sc. „oculis semper vigilantibus”. *Stellatus* significat: oculis plurimis, quasi stellis, instructis, cf. Ovid. Met. I 664: stellatus — Argus; Nemes. Cyneg. 31: stellatumque oculis custodem virginis Ius; et etiam Verg. A. IV 261 sq.: stellatus iaspide —/ ensis, i.e. distinctus et fulgens (cf. Forbigerum ad l.). *Visus* per metonymiam pro *oculis* exstat Th. X 301, IX 880; S. IV, 2, 31; I, 3, 14. — Argi figuram cogitatione fingamus ad exemplum simulacri quod in vase saeculo quinto a. Chr. n. facto depingitur: vide imaginem depictam ap. Roscher II 279 sq. De Argo consule etiam Engelmann ap. Roscher I 537 sqq.; Wernicke, P.W. II 791 sqq. De fabula notissima haec sufficiant: Io regis Inachi filia a Junone in vaccam mutata est propter Jovis amores. Cf. Engelmann ap. Roscher II 263 sqq.; Eitrem, P.W. IX 1732. O. Müller ad locum nostrum affert Verg. A. VII 789 sqq.: at levem clipeum sublatis cornibus Io, auro insignibat, iam saetis obsita, iam bos,/ argumentum ingens, et custos virginis Argus/ caelataque amnem fundens pater Inachus urna. Mosch. β 43: ἐν τῷ δαίδαλα πολλὰ τετεύχαστο μαρμαίροντα/ ἐν μὲν ἔην χρυσοῖο τετυγμένη Ἰναχίς Ἰώ,/ εἰσέτι πόρτις ἑοῦσα πέλας δέ οἱ ἐκτετάνυστο/ Ἄργος ἀκοιμήτοισι κεκασμένος ὀφθαλμοῖσι. Th. I 254 (Phariae — iuvencae, cf. Ovid. Fast. V 619: Phariam dixere iuvencam), 264 sq.; S. III, 2, 101 sq.; V, 3, 244 ad Isidis religionem alludunt quae dea a Graecis Ioni exaequata est et cornuata fingebatur (cf. Herod. II 41). Cuius rei causa sine dubio haec est: Domitianus, quo imperatore Stadius floruit, religioni Isidis favit Iseumque Campense restituit (a. 92 p. Chr. n.). Consule Drexler ap. Roscher II 403, 439. 278. Versum 278 sq. uncis inclusi, quod ad descriptionem male quadrant. Quos sine dubio scriba doctus interposuit. ast: de hac prisca coniunctionis adversativae forma cf. Norden ad Verg. A. VI 316, Stolz—Schmalz l.l. p. 667, Vollmer ad S. I, 4, 19. Vide etiam ad v. 119. 278 sq. **melior** — **Iuppiter**: = Iuppiter Ioni propitius. Poeta hoc intellegi vult Io tandem ab Iove in mulieris formam restitutam esse. Eam manu iniuncta esse transformatam et inde Epaphum in lucem edidisse notissimum est. (Cf. Aesch. Prom. 848 sqq.; Engelmann ap. Roscher II 267.) Ad quam significa-

tionem vocis *melior* cf. Th. VIII 120, XI 659; S. II, 2, 153; Verg. A. XII 179 et Forbigerum ad l.; positivus *bonus* simili ratione non infrequenter de diis usurpatur: cf. Th. III 556, VII 29, VIII 122, X 163, XII 87; S. I, 1, 268; cf. etiam Verg. A. XII 646 sq., Ecl. V 65 (vide Forbigerum ad locum), Hor. Od. IV, 2, 38; IV, 5, 1. **Phariis** — **arvis**: circumlocutio pro *in Aegypto*. Cf. Th. IV 709 sq.: Phariis — agris. Poeta ex causis metricis adiectivum *Aegyptius* vitare videtur aliis nominibus utens quae regionem quandam Aegypti significant: Pharius legitur Th. I 254, IV 708, V 11; S. III, 1, 31; II, 5, 29; II, 1, 73; V, 5, 66 alibi; Paraetonus: Th. V 12; S. III, 2, 49; Mareoticus Th. I 264; S. IV, 6, 103; III, 2, 24; Niliacus Th. III 478; S. IV, 9, 12. — Vide etiam Vollmer ad S. III, 2, 102. **erexerat**: i.e. *τήν—ἐκ βοῶς εὐκεράοιο πάλιν μετὰμειβε γυναῖκα* (Moschos β 51 sq.). — Nota temporum varietatem: *erexerat* — *colebat* postquam Io formam pristinam recuperavit, ab Oriente colitur. 279. **atque hospes iam tunc Aurora colebat**: = eamque orientis populi iam tunc hospitaliter invitabant venerabanturque. Feminini formam *hospes* pro usitatore forma *hospita* invenias: S. V, 1, 252: *hospite cumba* (adiective et translate); Acc. tr. 51 (Ribbeck, Trag. Lat. rel. p. 119): „hospitem depositam interimmes?"; Ovid. fast. VI 510: *hospes amica*; Seneca Agam. 318: *Thebais hospes*; Apul. Met. II 6. *Aurora* per prosopopoeiam pro *populis orientis* exstat: Verg. A. VII 606; Val. Flac. V 559; Claudian. Cons. Stilich. I 154, bell. Gild. 61; Sidon. carm. II 432. — Consule etiam Thes. s.v. 280. **Tantalus** — **parens**: *Parens* idem valet atque appellatio usitata *pater* (videas ad v. 273). Cf. Th. II 358 sq.; S. I, 2, 178; Verg. A. V 80; G. III 36. De Tantalo cf. W. Scheuer in Roscheri lex. V 75 sqq.; Schwenn, P.W. IV A 2224 sqq. 280 sq. **non qui fallentibus undis/imminet aut refugae sterilem rapit aera silvae**: = Tantalus non talis qualem plerumque homines sibi fingunt acerrima siti vexatum media in aqua identidem effluente vel manus ad auras inanes porrigentem neque ramum qui e manibus elabatur arripientem. 280. **fallentibus undis**: = aquae fallaci (per metaphoram). *Fallax* dicitur aqua, quod sitientem destituit cf. Th. IV 538: fallentesque lacus. Saepissime *unda* vel *undae* synecdochice ponitur pro ipsa aqua: Th. I 201, 575; III 455,

VI 543, VII 319, 342, 812 alibi (cf. Verg. A. VI 229). 281. **imminet**: = concupiscit, cf. Th. IV 195. Impendendi notio invenitur Th. I 660, VI 606, VII 676, X 140. Falso Mozley interpretatur: who hangs above. **refugae** — **silvae**: = rami manum effugientis. Adiect. *refugus* metaphorice adhibetur, ut Th. II 421, XII 634. Synecdochen (totum pro parte) *silva* pro *ramo* invenias Th. II 248, IX 590; *silva* pro *arbore* ponitur Th. I 361; II 248, 500; III 257 passim. **sterilem** — **aera**: = i.e. inanem aera, qui nunc in rami locum succedit. 282. **magni** — **conviva Tonantis**: Cf. Horat. Od. I, 28, 7: Pelopis genitor, conviva deorum; Eurip. Orest. 9: θεοῖς ἀνθρωπος ὄν/ κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον—. De voce *Tonans* vide ad v. 193. *Magnus* epitheton ornans Jovis est, cf. Th. II 2, X 61, XI 496. De re cf. libros ad v. 280 allatos. **vehitur**: cf. ad 269. 283. **parte alia**: sc. pompae. 283 sq. **victor** — **Pelops**: Pelops victor appellatur, quod Oenomaum curru vicit. 283. **curru**: = in curru, est abl. loci. 283. **Neptunia** — **lora**: Pelops Hippodamiam Oenomai filiam ambiturus a Neptuno petivit, ut se contra Oenomai hastam defenderet et victor e certamine subeundo discederet: quibus deus precibus commotus adolescenti currum dedit aureum et equos velocissimos. Pulcherime hanc fabulam pertractavit Pindarus Olymp. I 67—87; cf. R. Kühner ad Cic. Tusc. II 67. Hic est locus Ciceronianus: vel equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur. De re vide C. Robert, Bild u. Lied p. 187 adn. 35; Bloch ap. Roscher III 1871 sq. 283 sq. **tendit/ lora**: = tenet lora. 284. **prensatque rotas auriga natantes**: frustra manibus appetit rotas ex axe labentes. Cf. imago quae invenitur ap. Roscher III 782 et Barthius ad l.: iam iam ruituras, ob axem cereum. *Natare* dicuntur res vacillantes sive huc illuc motae, ut Th. II 626, 638; Ach. I 161. 285. **Myrtilos**: erat auriga Oenomai; consule Tümpel ap. Roscher II 3315 s.v. De terminatione — *os* vide ad v. 14. **volucris** — **axe**: De Pelopis iugo volucris cf. Eurip. Or. 988 sqq.: ποτανὸν μὲν δίωγμα πώλων/ τεθριπποβάμονι στόλω/ Πέλωρ ὁπότε πελάγεσι διε/δίφρευσε; Pind. Ol. I 86 sqq. τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς/ ἔδωκεν δίφρον τε χρύσειον περοῖσιν ἔ' ἀκάμαντας ἵππους. Consulas Bloch ap. Roscher III 1871. **iam iamque**: his vocibus depingitur naturae vera imitatio, quae spectatores valde movet et delectat. **axe**: per synecdochen

(pars pro toto) pro *currus*, ut Th. I 274, II 724, III 225, VI 321, 508 passim. Cf. Ovid. Met. II 59, 148. 286. **et gravis Acrisius**: vide genealogiam ad v. 268. Acrisius *gravis* dicitur ob animum durum adversus Danaën filiam ab eo in turri inclusam. Cf. Roscher Myth. Lex. I 213 sqq.; Toepffer, P.W. I 1196 sq. **speciesque horrenda Coroebi**: de eo fortissimo iuveni, cuius historiam poeta copiose Th. I 563 sqq. narravit, (liberavit patriam Argos a monstro Poene) consule Stoll ap. Roscher II 1384; Eitrem, P.W. XI 1418 sqq. Cf. etiam Th. II 221: nudoque ferens caput ense Coroebus; I 605: armorum praestans animique Coroebus. — *Horrenda* idem valet atque *admiranda*, cf. Verg. A. XI 507: horrenda in virgine. 287. **Danae culpata sinus**: Danae *culpata* appellatur, quod Perseum filium patre Acrisio invito peperit. De fabula, quam nemo ignorat, cf. Stoll ap. Roscher I 946 sqq.; Escher, P.W. IV 2048 sqq. Vox *sinus* per metonymiam h. l. adhibita pro delicto pariendi est acc. partis. 287 sq. **in amne reperto/ tristis Amymone**: Vocatur *tristis*, quod Amymone et ceterae Danaides summis angustiis premebantur. — Haec est fabulae Amymonae: Danaus cum filiabus fugiens Aegypti filios navem in litus Argolidis appulit. Cum aqua deesset, Amymonen unam e filiabus misit, ut fontem quaereret. Telum eius fortuito satyro dormienti incidit. Qui cum virgini vim afferre vellet, Neptunus Amymonen e periculo eripuit eique fontem monstravit. Imaginem Amymonae Neptunique invenias apud Kiefer, Kulturgesch. d. Römer p. 160; vide etiam S. Reinach, Repertoire des vases peints² I p. 465, 124; II, 22, 181, 263. Cf. etiam Stoll ap. Roscher I 327; Escher, P.W. I 2002 sq. — E fonte, cui nomen est Amymone, profluit rivus qui brevem post cursum in mare Myrtoum editur. Vide Bursian Geogr. Grl. II 67. 288. **Alcmena**: instructum est hoc nomen Latina terminatione, cf. Cic. Nat. Deor. III 42. De re cf. Ernout—Meltzer, Hist. Formenl. des Lat.³ p. 17. Vide etiam ad v. 132. **superbit**: in bonam partem, cf. e.g. Th. V 429; S, I, 1, 19. 289. **tergemina crinem circumdata luna**: Ad locum nostrum O. Müller observat: tergemina luna ornata est Alcmena propter trinoctium, quo concubuit cum Iove. Cf. Th. XII 301: ter noctem Herculeam. Aliam fabulae formam Staius persecutus est Th. X 77 sq.: „geminisque Tonantis/ secubitus” et

S. IV, 6, 17: o bona nox iunctaque utinam Tirynthia luna! (cf. Vollmer ad l. et Nonnos Dionys. VII 126: *θέλγεται Ἀλκμήνης δεκάτω τρισέληνος ἀκοίτης*; Sen. H. F. 24, 1158; H. O. 1865 sq.). Novem noctes huic amplexui assignat Arnobius IV p. 145. Consule Stoll ap. Roscher I 246. — *Tergemina* poetice pro *trigemina* = *triplici*. *Crinem* est acc. part. 290. **iungunt discordes inimica in foedera dextras**: Cf. Th. I 470: coeant animorum in pignora dextrae; Verg. A. XI 292: coeant in foedera dextrae per metonymiam. — Loco Statiano *dextrae* (sc. manus) *discordes* appellantur, quod discordia mansit; *foedera inimica* dicuntur, quod Danaus filiabus mandaverat, ut filios Aegypti nocte nuptiali necarent. De vi finali praepositionis *in* cf. ad v. 269 et versum Thebaidis supra laudatum. Restat, ut notemus figuram q.v. oxymoron q.e. in locutione *inimica foedera*. 291. **Belidae fratres**: Danaus Aegyptusque filii Beli erant (cf. Apollod. II, 1, 4), de quo vide ad v. 61. Cf. etiam genealogiam ad v. 268. 291 sq. **vultu mitior adstat/ Aegyptus**: quod Aegyptus ab omni fraude alienus fuit bonaque fide cum Danao egit. Cf. Bernhard ap. Roscher I 155 sqq.; Wernicke, P.W. I 1005 sq. — *Vultus* = germanice Miene. 292. **Aegyptus**: Staius in Thebaide fratrem Danaum, qui Aegyptus, a terra, quae Aegyptos (IV 708) nominatur, seiungere videtur. Saepius autem inter Graecam et Latinam terminationem alternatur, cf. e.g. Antiphos Th. VII 755, Antiphos IX 252, corytus VII 660, corytos IV 269. **manifestum**: sc. est. Cf. etiam ad v. 247 et v. 269. V. 292 sq. poeta haec dicere vult: Artifex Danaum vultum tam accurate aere expressit, ut non solum spectatores pacem fictam simulatamque esse cognoscerent sed etiam Danaum consilium fratris filios noctu interficiendi cepisse viderent. 292 sq. **Danaum — ficto/ ore**: = Danaum simulato vultu. Cf. Th. II 222: torvaque iam Danaum facinus meditantis imago. — De fabula cf. ad 290. Consulas etiam Bernhard apud Roscher l.l.; Waser, P.W. IV 2094 sqq. 293. **notas**: est lectio cod. P quam Klotz restituit; ω: nefas. **pacisque malae noctisque futurae**: Vide ad v. 290. — *Pacisque malae*: per figuram q.d. oxymoron. 294. **mille**: = innumerabiles, ut Th. III 578. Ad sententiam loci cf. Th. II 223: exin mille duces. Cf. etiam Verg. A. IV 701: mille — colores, et illud Homericum *μυρίοι*. **dehinc**: haec vox h.l. iambus

est, cf. S. III, 3, 63; Th. IV 455, VIII 211; sed Ach. I 370, Th. II 100 monosyllabus legitur. **species:** = figurae vel signa. Cf. v. 286; S. IV, 6, 20: mille ibi tunc species aerisque eborisque vetusti; Th. II 215 sq.: species est cernere avorum comminus. **satiata:** sc. est. Ad quem usum metaphoricum cf. e.g. Th. III 21: satiaverit iras; S. I, 2, 153: robora — lucent satiata metallo; S. IV, 6, 34: satiavit lumina visu. Cf. etiam ad v. 83. **voluptas:** per metonymiam pro *voluntas voluptatem percipiendi*. 295. **praestantesque viros:** cum emphasi: vernacule „held”, ut saepe. **vocat:** per metaphoram dictum. Cf. ad v. 250. **ad sua praemia:** = ut praemia ferant. Praemia certaminis equorum enumerantur Th. VI 531 sqq.; cursus certaminis: 644 sq.; discos iaciendi: 722 sqq.; pugillationis 810 sqq.; pales 905 sq.; praemia eorum, qui nudo ferro concurrere ab Adraсто vetiti sunt, commemorantur v. 920.

INDEX VERBORUM ET RERUM QUAE IN NOTIS
EXPLICANTUR.

(Omnium nominum indicem invenias in editione Klotziana)

ablativ.	96, 101, 126.	anastrophe	90.
abl. instr.	94.	antonomasia	78, 121.
— loci	96.	Aonius	42.
— modi	91.	ἀπὸ κοινοῦ	68,95.
— pers. agentis	95.	apostrophe	94.
— separat.	37, 103, 111, 122.	ἀποτρόπαιον	87.
<i>absilire</i>	77.	<i>ara</i> (= <i>rogus</i>)	86.
<i>acanthus</i>	64 sq.	arbores caeduntur	70.
accusativ.	37, 77, 120.	<i>ardere</i>	52.
— adverbialis	41, 87.	Argi	42.
— limitationis	74, 141.	Argus	137.
— partis	52.	arma in pyram	65, 106.
adiectiva composita	32, 48.	iaciunt	
— in — <i>bilis</i> desinentia	80.	aspirationis mobilitas	135.
— — — <i>osus</i> —	39 sq.	Assyrius	112.
adiectivum pro adverbio	41, 70, 85.	asyndeton	85, 101, 120.
Adrastus	53, 56.	— disiunctivum	96.
<i>aerius</i>	71.	<i>ast</i>	86, 136.
<i>agger</i>	61.	<i>at</i>	106.
<i>agmen</i>	91.	<i>ater</i>	69, 71, 113, 130.
<i>alia proles</i>	56 sq.	<i>avertor</i>	106.
<i>alius ex alio</i>	54.	<i>audax</i>	81.
alliteratio	75.	<i>audere</i>	44.
<i>alumnus</i>	42.	<i>augere</i>	129.
Amphiarus	53, 59, 70 sq., 118.	<i>augesco</i>	66.
Amymone	140.	<i>augur</i>	70.
anachronismus		<i>avius</i>	51.
64, cf. 62 sq., 69, 84, 115, 123.		barbae depositio	110.
anaphora	99.	Belus	63, 141.
		<i>biremes</i>	45.

<i>blandus ad</i>	98.	<i>descriptio</i>	47, 64, 127.
<i>Boreas</i>	83.	<i>dexter</i>	57, 116.
<i>bruma</i>	79.	<i>dicta consolatoria</i>	56.
<i>bustum Opheltis</i>	33.	<i>dignus</i>	53.
— <i>vino restinguere</i>	121.	<i>Dracontius</i>	32.
<i>caesaries</i>	107.	<i>cf. imitatores.</i>	
<i>Capaneus</i>	53.	<i>dum vita manebat</i>	99.
<i>certare</i>	37.	<i>durus</i>	56.
<i>Chaonius</i>	78.	<i>Echion</i>	41.
<i>cingere</i>	91.	<i>Echionius</i>	41.
<i>cingulum</i>	119.	<i>ectypa</i>	124.
<i>cinnama</i>	63.	<i>egredior</i>	52.
<i>circumlocutio</i>	138.	<i>ei mihi, vide exclamatio.</i>	
<i>clamare</i>	110.	<i>elisio</i> 67 sq., 96, 97, 103, 111, 112.	
<i>cohors</i>	129.	<i>ellipsis</i> 46, 54, 75, 85, 87, 110.	
<i>collectivum</i>	115.	<i>emphasis</i>	101, 142.
<i>coma</i>	74.	<i>en</i>	95.
<i>comparationes,</i>		<i>enallage</i>	38, 39, 43, 105.
43, 44, 57 82, 83, 104, 105, 120.		<i>enumeratio verborum</i>	85.
<i>comparatio compendiaria</i>	100.	<i>Eous</i>	62.
<i>concedere</i>	92.	<i>epanalepsis</i>	117.
<i>coniunctivus adhort.</i>	102.	<i>Ephyraeus</i>	126.
— <i>potent.</i>	45.	<i>epitheton Ovidianum</i>	73.
<i>constructio ad sententiam</i> 126, 129.		<i>et — que</i>	98.
— <i>correpta</i>	134.	<i>Eurydice</i>	52.
<i>Coroebus</i>	140.	<i>exclamatio</i>	95, 96 sq.
<i>cremare cum purpura</i>	63.	— —o	103.
<i>crinem dicare</i>	109.	<i>exin</i>	132.
<i>crocus</i>	112 sq.	<i>exire</i>	128.
<i>cupressus</i>	59.	<i>explorare</i>	46.
<i>cura</i>	122.	<i>expressio compendiaria</i>	38, 40.
<i>damnatus</i>	60.	— <i>correpta</i>	33, 36, 43, 61, 63,
<i>damno</i>	69, 110.	84, 90, 91, 106, 110, 115, 117,	
<i>Danae</i>	140.	125, 126, 133.	
<i>Danaus</i>	33.	<i>exutus</i>	51.
<i>dare</i>	85.	<i>Fama</i>	33.
<i>dare c. obi.</i>	82.	<i>Faunus</i>	76, 84.
<i>dativ.</i>	60, 79, 98, 126.	<i>ferrum</i>	74.
— <i>commodi</i>	37, 94.	<i>festinus</i>	68.
— <i>finalis</i>	48, 66, 72, 119.	<i>figura etymologica</i>	37.
— <i>rei</i>	76.	<i>flores</i>	61 sq.
<i>de</i>	92.	<i>formulae precandi</i>	100.
<i>decursio</i>	114 sq.	<i>frangere in</i>	134.
<i>decus</i>	36, 134.	<i>fraudare</i>	105.
<i>dei fluviales</i>	135.	<i>fraxinus</i>	80.

<i>frons</i>	128.	<i>ira</i>	120.
<i>genit.</i>	42, 74, 126.	<i>Ismara</i>	82 sq.
— <i>explicat.</i>	71, 135.	<i>Isthmos</i>	40, 41.
— <i>obiect.</i>	71.	<i>labi</i>	33.
— <i>subi.</i>	126.	<i>laborifer</i>	47.
<i>Grai</i>	36, 90.	<i>lacus</i>	46.
<i>Graiugena</i>	116.	<i>latinitas prisca</i>	85.
<i>grex</i>	76, 95.	<i>leo Nemaus</i>	134.
<i>gyrus</i>	118.	<i>Lernaeus</i>	91.
<i>habere</i> (= <i>posse</i>)	97.	<i>letalis</i>	54.
<i>hendiadys</i>	59, 64, 66, 72, 94.	<i>Leucothea</i>	40, 42.
<i>hexameter</i>	38, 101.	<i>libatio</i>	114, 119.
<i>Hippomedon</i>	53.	<i>Linus</i>	64.
<i>hiems</i>	45.	<i>litotes</i>	134.
<i>homoioteleuton</i>	46.	<i>Lucifer</i>	122 sq.
<i>honor</i>	36, 37, 52, 67.	<i>luctus</i>	51, 52.
<i>hospes</i>	138.	<i>ludi funebres</i>	35.
<i>hyperbole</i>	42, 74, 75.	— — <i>Opheltis</i>	32, 33.
<i>Hypsipyle</i>	33, 91.	— <i>Isthmici</i>	36, 38, 40.
<i>imber</i>	121.	— <i>Nemei</i>	34.
<i>imitatores Statii</i>	44.	— <i>Olympici</i>	36.
<i>vide Dracontius.</i>		— <i>Pythii</i>	36.
<i>immensus</i>	66.	<i>ludus etymologicus</i>	43, 46.
<i>imminere</i>	139.	<i>lugentes, vide luctus.</i>	
<i>immunis</i>	101.	<i>lunatus</i>	130.
<i>in</i> (c. acc.)	121, 133, 134.	<i>Lycaeus</i>	74.
<i>Inachidae</i>	34, 53, 91.	<i>Lycurgus</i>	51.
<i>Inachus</i>	53, 70.	<i>mare Ionium</i>	58.
<i>Inachus</i>	53, 135 sq.	<i>mater</i>	43.
<i>incanus</i>	62.	<i>matres plangentes</i>	93.
<i>incesso</i>	97.	<i>Melicertes, vide Palaemon.</i>	
<i>incurvus</i>	127.	<i>melior</i>	137.
<i>inexorabilis</i>	56.	<i>membrorum parallelismus</i>	66.
<i>infaustus</i>	92.	<i>memor</i>	91 sq.
<i>inferiae</i>	89, 113.	<i>metaphora</i>	38, 41, 53, 55, 56,
<i>infit</i>	92.	58, 59, 66, 68, 69, 70, 74, 79,	
<i>Ino, vide Leucothea.</i>		80, 81, 82, 90, 102, 103, 105,	
<i>inoccidius</i>	136.	111, 119, 120, 121, 122, 126, 127,	
<i>inrubesco</i>	120.	128, 138, 139, 142.	
<i>insanus</i>	111.	<i>metaphora hyperbolica</i>	99, 102.
<i>insons</i>	68.	<i>metonymia</i>	38, 40, 42, 45, 48,
<i>integrare</i>	55.	51, 56, 57, 58, 62, 64, 66, 67,	
<i>intercisis</i>	55 sq.	68, 71, 72, 73, 79, 80, 81, 84,	
<i>interrogare</i>	105.	87, 88, 89, 90, 92, 94, 95, 96,	
<i>invidia</i>	55.	99, 100, 101, 110, 112, 119, 120,	

121, 122, 124, 128, 130, 134, 136, 137, 140, 141, 142.		<i>parens</i>	138.
— a dei nomine petita	73.	parentes maesti	108.
— hyperbolica	67.	Parthenopaeus	53.
— proleptica	67, 99, 112.	pass. reflex.	125, 135.
metri causa	42, 48 sq, 63, 75, 78, 85, 87, 89, 110, 117.	pater vi abreptus	53.
metus maris	47.	Pelasgi	55.
<i>mille</i>	141.	Pelopium	37.
<i>modus</i>	57.	Pelops	36, 37, 88, 139.
<i>moles</i>	130.	<i>pensum</i>	56.
monosyllaborum		<i>per ego</i>	100.
coacervatio	49, 68.	perf. gnom.	83.
<i>monstrare</i> (= docere)	88.	— forma prisca	55.
mortuus effertur	90.	<i>periculum</i>	46.
<i>motus animi</i>	58.	periphrasis	35, 63.
<i>mugire</i>	50.	<i>piaculum</i>	71.
<i>murmur</i>	98.	<i>pignora</i>	57.
<i>natare</i>	139.	Pisaeus	36.
navis	43, 44, 47.	<i>planctus</i>	52.
<i>nec</i> (de usu)	81.	pluralis poeticus	40, 98.
Nemea	72, 127.	Polynices	53.
<i>nemus</i>	78 sq.	pompa	130 sq.
<i>niger</i>	39, 130.	potentialis	97.
Niobae liberi	89.	<i>potestas</i>	99.
novemdiale sacrum	122.	<i>praesudare</i>	35.
<i>non</i> (vis pathetica)	93.	pro mari universo pars maxime	
<i>notus</i>	83.	infesta	45.
<i>nudus</i>	43.	prolepsis	71.
Nympha	75, 76, 84.	<i>pronus</i>	136.
Oenomaus	126.	prosopopoeia	33, 50.
Ogygius	101.	<i>pulvereus</i>	37.
<i>oliva</i>	37.	Pythia	38.
onomatopoiia	86.	Pytho	37, 38.
Opheltis funus	32, 95.	quantitas	39.
— rokus	58 sq.	-que epexegeticum	57, 62.
— tumulus	34, cf. 123 sq.	<i>rabies</i>	58.
<i>opulentus</i>	74.	<i>ratus</i>	110.
<i>ostrum</i>	63.	<i>reddere</i>	99.
oxymoron	67, 98, 141.	repetio verborum	62.
<i>pactum</i>	109.	— litterae	96.
Palaemon	38 sq.	<i>reputare</i>	94.
<i>pallens</i>	48.	res abstractae in deos	
Pales	84.	conversae	49.
Pan vide Faunus.		<i>rubens</i>	129.
		<i>ruina</i>	71.
		<i>rumpere</i>	92.

<i>sacerdos</i>	70.	— -tus	133 sq.
<i>sanguis</i>	105.	— -e	91.
<i>sedo</i>	128.	— Graeca	41, 72, 89, 136.
<i>serpens</i>	33 sq., 71, 91, 96.	— Latina	140.
<i>sibulum</i>	125.	Thiodamas	70.
<i>senecta</i>	75.	<i>tibia</i>	87.
sepulcrum Opheltis	34.	Tiresias	70, 71.
silva Arcadica	75.	Tirynthius	133.
Silvanus	84.	<i>tituli</i>	90.
simplex pro composito	39, 55.	toga purpurea	69.
sinister, vide <i>dexter</i> .		Tonans	106.
solis descriptio	47.	<i>torus</i>	60.
Somnus	48, 49, 50.	<i>trabes</i>	79.
Sopor	58.	<i>trames</i>	128.
<i>spirare</i>	118.	<i>tranquillus</i>	46.
<i>stellatus</i>	137.	translate	58, 64, 69, 70, 73, 91, 95, 98, 105, 118, 137.
<i>stare</i>	75.	<i>tristis</i>	59, 86, 140.
Stoica doctrina poetarum	97.	<i>turma</i>	115.
<i>strues</i>	62.	<i>tus</i>	122 sq.
suffixum Graecum	42, 48.	Tydeus	53.
— Latinum	48.	Tyrius	43, 63.
— — <i>men</i>	61.	<i>ulmus</i>	81.
<i>supercilium</i>	64.	<i>umbra</i>	119.
superlatio	74.	<i>u sonus</i>	50.
<i>superstitio</i>	39.	<i>valeo</i>	97.
<i>suspirare</i>	43.	variare	82.
synecdoche	53, 54, 65, 72, 73, 74, 79, 83, 84, 97, 108, 117 sq., 120, 126, 129, 138, 139.	<i>vates</i>	70.
<i>squalens</i>	52.	<i>vigil</i>	48.
<i>tamen</i>	66.	verba composita	35 sq., 54, 55, 64, 65, 104, 120.
<i>taxus</i>	79 sq.	— inclusa	69.
<i>templum</i>	123.	— interposita	77.
tempora	48.	vere Statianum	38, 117.
tempestas	40.	<i>vergere</i>	113.
<i>tenebrae</i>	122.	<i>veternus</i>	75.
<i>tener</i>	59.	<i>vibrans</i>	118 sq.
<i>ter</i>	116 sq.	<i>vivus</i>	125, 128.
<i>teres</i>	64.	voluptas in lugendo	67.
<i>tergemina luna</i>	140 sq.	voti reus	109.
terminatio -a	83.	zeugma,	33, 46, 69, 71, 105, 117, 118, 129, 134.
— alternatur	141.		

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

HAEC AD PAG. 95 v. 17 INTERPONANTUR! INDICEM
SUPPLEAS QUAESO.

147. **ante tubas ferrumque:** per metonymiam pro *ante bellum caedemque*. Cf. Claud. de Cons. Stil. 192: *ante tubam nobis audax Germania servit*; *ibid.* Rapt. Pros. I 64 sq.: *neu foedera fratrum/ civili converte tuba*. **dum:** non longe abest a vi causali. De quo usu cf. Stolz—Schmalz l.l. p. 744. **deside cura:** oxymoron = negligentia. **sinus fidos:** sc. esse; *fidos* per metaphoram.

148. **ubera mando:** sc. puero. De forma versus cf. ad v. 22.

149. **quidni ego?:** eliditur *i* ante brevem priorem dactyli syllabam. Vide ad v. 74. Cf. Vollmer ad Stat. Silv. p. 558 sq., infra ad v. 251. **servatum:** sc. esse. **servatum fraude parentem:** i. e. Thoantem regem Lemni. Eadem Hypsipyle ipsa Argivis narravit Th. V v. 49—498.

150. **insontesque manus:** sc. esse; ceterae enim Lemniae maritos fratres patres necaverant. — Adiect. *insontes* h. l. metaphorice usurpatur. **en!:** ironice, cf. Donatus ad Ter. Phorm. 348: *en* habet vim indignationis post enarratam iniuriam. De vi huius interiectionis cf. F. Rohde, de interiection. usu apud aetat. arg. script. Lat., diss. Regim. 1911 p. 43 sqq. Sufficiant quae sequuntur.

STELLINGEN.

I.

Verkeerd interpreteert Mozley Stat. Theb. VI 200: but the priest confirmed it not.

II.

Ten onrechte oordeelt Prof. Enk (Lat. Letterkunde, 1926, p. 220) over de Thebais van Statius als volgt: „van karakterteekening is over het algemeen geen sprake. Alleen Tydeus staat ons duidelijk voor oogen.”

III.

Het oordeel van Teuffel (Röm. Literatur II⁷ p. 304) over de Thebais van Statius is te hard.

IV.

Bij de behandeling van den inhoud van de Thebais van Statius spreekt Teuffel (Röm. Literatur II⁷ p. 305) over „Antigones Hilfesuch bei Theseus”. Dit is onjuist.

V.

Ten onrechte leest Mozley in navolging van Garrod Theb. VI 303 *teneri* voor het door de codices overgeleverde *teneris*.

VI.

Verkeerd is de meening van Marquardt (das Privatleben der Römer I² p. 245) en van Blümner (die röm. Privataltertümer, 1911, p. 37), dat Stat. Theb. II 214 sqq. clipeatae imagines bedoeld zijn.

VII.

Met Heinsius leze men Val. Flacc. VII 226: quippe ut iam reputentur munera divum.

VIII.

Reeds in de beginverzen van de Antigone teekent Sophocles de karakters van Antigone en Ismene.

IX.


In den Romeinschen keizertijd had het slaan van munten in een grootbedrijf plaats.

X.

Bij de klassikale behandeling van antieke auteurs behoort men den text voortdurend te laten paraphraseeren.

XI.

De veronderstelling van dr. Vor der Hake (Weekblad voor Christendom en cultuur 5 Jan. 1934), dat de vakstudie tot het candidaatsexamen beperkt zou kunnen blijven, is af te wijzen.



U

T